

2)

EPISTOLÆ  
INDICAE  
ET  
IAPANICAE

DE MVLTARVM GEN-  
tium ad Christi fidem, per  
Societatem Iesu con-  
uersione.

*Item de Tartarorum potentia, mori-  
bus, & totius penè Asia religione.*

Tertia editio cum Indice  
castigator & auctior.

Louanij,


Apud Rutgerum Velpium  
Sub Castro Angelico.

Cum Priuilegio Regio.  
ad 4. annos.

Subfig.

I. de VVitte.

1570.



7  
24600000

2)

EPISTOLÆ  
INDICAE  
ET  
IAPANICAE

DE MVLTARVM GEN-  
tium ad Christi fidem, per  
Societatem Iesu con-  
uersione.

*Item de Tartarorum potentia, mori-  
bus, & totius penè Asia religione.*

Tertia editio cum Indice  
castigator & auctior.

Louanijs,

✻ Apud Rutgerum Velpium  
Sub Caltro Angelico.

Cum Priuilegio Regio.  
ad 4. annos.

Subfig.

I. de VVitte.

1570.

7

16276502

# REVEREN<sup>s</sup>

DISSIMO IN CHRISTO PATRI,

ac Illustrissimo Principi, D. Othoni Truchses, S. R. E. Episcopo Cardinali Albanensi, & Augustano, Domino Eluacensi. &c.



**T**S I laudato, probatoque more iam apud plerosque omnes receptum video (Princeps Illustrissime) ut suas quisque lucubrations, vel etiam aliorum non satis perpolytas, in quibus tamen aliquid nauarit opellæ, illustribus personis nuncupandas putarit: tum ut commendatiores reddat suos labores, quod magni meccenatis nomine frequenter obtinetur: tum etiam ut viri principes apud maleuolos non modo potenter sint literarum, disciplinarumque vindices: verum etiam pietate conspicuis viris, pietati, omnisque generis virtuti quasi clypeo obiecto facile sint præsidio: tamen demiratos esse complures mihi præfagit animus nouos, eosque seueriores Criticos, vbi in harum epistolarum inciderint lectionem, quamorem post Dilinganam editionem easdem ego sumpserim in manus, & quicquid in reliquis impenderim laboris, sub Illustrissimi nominis tui auspiciis putarim euulgandum. Non enim nostræ videbatur esse audaciæ, que iam sua mole firmiter consistebant fundamenta laxare: neque obscuritatis cum pari supellestilis inopia coniunctæ inter acerrimos lectissimum appellare vindicem, ac inter amplissimos præcipuum inuocare patronum. Quamobrem ut impedimētis hisce remotis, & iniquiores

## EPISTOLA.

illi (de quibus dixi) rerū nō male gestarū estimatores, quibus quidē optabile est bene audire, qui rectē factorū fructus est amplissimus, ipsum quidem rectē facere, vnde illud ceu fonte quodam promanat, ne utiquā habēt studio: & aequiores doctores instituti nostri rationes intelligant, ac in meliorem interpretetur partē: breuiter consiliū est suscepti huius laboris, quanquā propē nullus, tamē vt cōfido beneuolentia non indigni, occasione adsignare, & cur has rerū Indi. arum epistolas sub T. C. nomine putarim emittēdas declarare. Quod dū facio, obnixē, & suppliciter peto, vt pro singulari Illustriss. D. T. humanitate, ac facilitate tantū ab arduis negotiis succidat temporis, quantum huic opusculo sufficiat cōsoluēdo. Igitur ex quo tēpore in Societatis leſu collegiis, vnā cum Generosis C. T. nepotib⁹ capimus versari: audiui creberrimō & constanti multorū sermone admirādis operib⁹ Societate hāc apud Indos indies magis ac magis inclarescere. Tota enim hęc nostra Europa Christiana quantoque hanc suo merito veneretur, & colat, notius est omnibus, quam vt meridiana luci necessum habeā accendere candelā. Quis enim ignorat Hispaniarū, Italię, Sardinie, Hungarię, Austrię, vniūsq; Germaniæ, Galliæ, Collegia Societatis, quibus tanquā casus hęc provincię vtuntur aduersus impiorū catholicorū mores, hæreticorūq; nefarias machinationes: Nactus igitur earum rerū, vt mihi persuadebam, nec fallebat opinio, cognoscendarū occasione, petiui à viro quodā probo, naturæ, diuinisq; muneribus nō vulgariter ornato, habere etne de rebus Indicis nonnullas epistolas, quas communicare posset. Is pro agnata sibi beneuolentia, deque omnibus bene merendi studio, earum quas habuit, haud grauatim participem fecit. Percurro omnes leui

(quod

## DEDICATORIA.

(quod nunt) brachio: sed cum pleræque sententiam habent imperfectam, alia vastis hiatus non satis apte cohererent: nonnullorum amicorum suauis, ac clarorum etiam tam eruditione, quam pietate viroū auctoritate, hoc laboris assumpsi: vt quod ad integritatē desideraretur, supplerē: quo vel hoc nomine grauiore cādidō existerent lectori. Item cum illorum voluntatis auctoritas non solum apud me, verum etiam apud omnes bonos tanti sit ponderis (quod non nisi cum summo decore coniuncta petere soleant ac iubere) vt certatim omnes pareant libenter, ac ipsorum desideriis satisfaciant diligenter: committendum mihi non putauit, vt illorum detestando imperium, aut pia ipsorum ægrius morem gerens voluntati, ingratitudeinis aut inobediencię notam aliquam meritō videri possim incurrisse. Caterum de vtilitate harum epistolarum multiplici, in qua potissimum tota residet editionis vis, & causa, cum propē infinita sit, tacere præstat, quam pauca dicere. Illud confirmare ausim, voluptatem magnam allaturas omnibus, qui positis affectibus, ac curiositate nouarum rerum cognoscendarum remota, ipsas eo legent animo, quo scriptæ sunt, hoc est, planè Christiano, & alienæ salutis sitientissimo.

Quid enim potest esse iucundius, quam summam bonitatem, ac imperſcrutabilem misericordiam Dei, ex earū lectione videre cōmunicatam hominibus feris, anthropophagis, præter formā & lineamenta corporis, nihil habentibus ferē propriū cum humana natura, non modò bruta animatia, sed omni cloaca impuriore sordes pro diis venerantib⁹: quiq; ab omni humanitate remoti, cū bona ex parte (vt putatur) fidē nunquā audierint sine Deo, sine luce agentes, nunc pregatim fidei

\* iij

sacra.

## EPISTOLA.

sacramētis ininitentur, ac diabolica tyrannide excussa Christiano cultu imbuatur, omnibus excellenti virtutibus, in iustitia, & sanctitate Deo seruiat, dies, ac noctes publicis, ac priuatis celebrent doxologiis? O beatos illos viros, qui nulla habitū laboris vitæque ratione, incredibili diuini spiritus ardore inflammati, Apostolica planè, & stupenda miracula apud illos peregerunt, & peragunt quotidie tanta cum admiratione, vt merito credi queat primæux fidei (quemadmodum ex his epistolis manifestum euadit) in illis inesse puritatem, & vehementiam ad derestandum interitus causam peccatorum Christianoq̄ue dignum vitæ genus ad immortalitatem ducens sectandum. Sanè vt ex ea parte copiosissimā nobis hæc epistolæ materiam, ac segetem diuinæ celebrandæ benignitatis subministrant: ita è diuerso incognitæ quidem, sed tamen nō mediocriter metuendæ iustitiæ, iudicijque cœlestis incutiunt timorem, ne quemadmodum naturalibus ramis ludæis, inquam, non perceperit: multò maiori ratione à nobis, qui in locum eorum insiti sumus, auferatur fides, gentique facienti fructum tradatur: Atq; hæc de iis, que me adduxerunt, impuleruntq; suscepti laboris occasionibus, & causis: nūc tribus (quod aiunt) verbis quamobrem C. T. dedicandum hunc laborem credidi, perstringam. Igitur, vt quod res est, profitear ingenuè, cum mihi persuasum foret sub amplissima nominis tui dignitate nihil temerè aut inconsultò proferendum in lucem, nisi si quid perfectū ingenio, atque summa elaboratū industria esset, ego aut exiguitatē ingenij mei nō haberem incognitā, neq; per domesticas occupationes & tēporis breuitatē huic rei vniuersam operam destinare possem: cœpi de quocunq; alio, cui hoc quicquid est operis nuncuparetur,

## DEDICATORIA.

paretur cogitare: præsertim cū mihi cōstaret, si-  
 cut nihil tua singulari pietate in salute procuranda animarū esse possit diligētius: ita nihil eorum quæ in disiunctissimis orbis terrarū plagis à quocunq; in cōmunem fidelium vtilitatē patrantur, ignorare. Subibat autē cōprimis in animū pius Christianusq; lector, qui fortè præter tenuē aurā hisce de rebus nihil accepisset. vt vel hoc noīe certius aliquid sibi persuadeat, ac in animo teneat constitutū: sed cū res noua apud peruersos plerūque inuidiæ facibus flagrare soleat, nec aliud firmius ab huius seculi virulētia inueniatur, q̄ innocētia, haud satis præsidij putabatur in eo, cuius res non agebatur ocioso lectore. Diu, multūq; igitur dispicienti mihi de insigni aliquo Mæcenate, quiq; pari propensione animi cū summa facultate opū, & potētia queat, velitq;, clientes suos tueri: sanè quò mecūque veterē, solus in oculos incurrebat, vnus in mente versabatur amplissimus Ecclesiæ Augustanę Antistes, cuius Augustissimo nomini has rerū Indicarū epistolas multis de causis esse decuit nūcupatas. Nā primū omnium vt silentio præterea, quòd rectè factorū consciētę Societas hæc confisa nō magnoperè de populari aura sollicita sit, atq; ideo hæctenus (quod scia) perparū rerum suarū in lucē ediderit: que mea spes est, & fiducia, persuasum habeo nec ipsam Societatē, nec Illustriss. C. T. omnino ægrè laturā: sed potius probaturā, si libellus ipsius dicatus nomini, cūctis legendus offeratur. Accedit ad hæc causam alia priuata que me propius attingit. Dū enim cogito cū aīo meo, quāto me semper fauore, & gratia Illustriss. C. T. affecerit, quibus ornauerit beneficiis: etiam illud in mentē venit, ingrati tudinis me notā euitare nō posse, si parū hūc ingenij mei laborem alij, q̄ Illustriss. C. T. dedicarē. Præterea licet non

## EPISTOLA.

fatis decorū metuebā fore, si ad tā illustre vinum pro mēstrui tēporis breuitate nō satis perpolitū opus destinetur. prius tamē antiquiūq; mihi fuit nō ingratus, quā parū cōmodus in offerendo videri, præsertim pro cū celebrata tua apud omnes mortales benignitate nō mō leuidente aliquid haud grauatim munusculū admittas: sed etiam facias alicuius. Iā verō cū ipse Societatis studiosissimus sis, quod vel ex eo liqueat, quod semel tā cōsilio, iudiciōq; susceptā, nulla habita facultatū ratione constātissimē retines, foves, ac cōtra æmulos potētissimē defendis: nō video quāobriē non sub gratiosissimi nominis tui auspicijs decuerit, quē diuina misericordia per eodē patres dignata est operari, in omnīū cognitionē proferre. Quāobriē has epist. Indic. quē & propagatā fidei luculentā cōtinent descriptionē, ac tantū nō incredibile morū, errorūq; correctionē, ad quem potius multi æquū fuit, quā ad eū, qui catholicæ fidei cūcta, & opes, & honores posthabuit. Qui cū mysteriorū omnīū fidei, diuinarūq; rerū cognitionem studiosissimē secutus est: tū verō cū ipia Theologia vitæ rationes ita instituit, vt oēs quantū in se est, ad rectā salutarēq; viā adhortetur: aut qui bona conscientia excussā circa fidē naufragiū passi fuerant, in eā reuocare cōsilio, monitis, autoritate contēdit. An nō hoc clarissimē contestatū facit, cum nullū adhuc de seminario, collegiūq; instituedis extaret decretū, nulla suspicio: nihilominus tamē C. T. spiritu Dei proculdubio instincta geminū excitaret collegiū, ex quorum vtroq; alectissimis Societatis patribus gubernato aliquādo periti, & vigilātes, velut ex equo Troiano prodiret gubernatores, qui dissidentīū opinionū horribiles sedarēt procellas, ac fidei serenitatē hæreticorū fraudulētia iā pridē creptā reuocarēt? Cum igitur

## PRÆFATIO.

*Patres huius societatis, non modo per calūnias quasi occultis cuniculis egerūt: sed etiā aperto Marte editis libellis maledictiæ plenus calamū petulāter, & immāniter in eos strinxerūt, qui tamē mco iudicio nihil aliud cōsecuti vidētur, quàm quod propria detecta nequitia latēre adhuc societatis virtutē. & paucis exploratā in oculus omnīū, & lumine illustriori collocarēt, nō aliter q̄ olim accidit Diocletiano Dei hominumq; contēptori improbissimo, qui cū in id totus incūberet, vt Christianorū sub imperio Rom. degentiū aras, & sacra euerneret, aliud nihil tam immanibus laboribus effecit, q̄ quod Christianismo paucos post annos ad pristinū cultū redente, Ecclesiā Catholicā multis partibus, & feliciorē reddidit, & auctiorē. Quā ob rē nihil est, quod cōturbet nos quā diu pietati insistimus, improborū hominū maledictiæ, aut si quid in societate dictū est asperius. Nō enī hic recēs ludus est, aut ante aliquot annorū hebdomadas prodit: etiā crudelissimorū tyrānorū sententiē aduersus Ecclesiā & legimus olim*

Diocleti.  
Tyrannis.

Tyrannis  
etiam no-  
stra tem-  
pestate.

PRÆFATIO.

olim accidisse & nunc oculis ipsi videmus, passi sunt martyres ante nos grauiora, passi doctores, & propugnatores catholica fidei, quos ante & commemorauimus. Deniq; patiendū est omnibus qui Christi nomē, & fidē sequuntur: stat enim rata illa D. Pauli sentētia, debere nos per multas iniurias, et tribulatiōes intrare in regnū Dei, quā tāto copiosi se offerūt plerūque, quāto quis uicinius adherere Deo, et cōtra malos à virtute magis stare nititur. Laudabiles certē, & prastātes uirū animi patientia, & aq̄animitas extollet ad gloriā: malos demerget impietas ad pœnam: illis propter fidem ac constantiā, & in auertiēdis ab Ecclesia erroribus nauatam diligentia regnū promittitur atq; num: his ex flagitijs suis, & impura uita manet gehēna ignis. Quid? quod ipsa trāquillitate, & pacata rerū cognitiōe uilitatē hereses adferūt Ecclesia maiorem: que dū cōtunditur, ut ait d. Hilarius uir in istis malis exercitatisim⁹, vincit: dū opprimitur, exultat: dū arguitur falsi, ueritatē prodit apertissimē. Deniq; in his p-

Cur Deus  
permittit  
hæreses.

turba-

PRÆFATIO.

turbatiōibus cuiusq; virtus quāta sit, et in catholica fide perseuerātia declaratur. Scitē enim dictū est ab Aposto. oportere hæreses esse, ut probetur qui inter nos electi sunt. Iā uerò quod de Ecclesia Dei in uniuersum dictū est, licebit statuere de societ. nominis Iesu, que quē admodū amulos suos habuit, & adhuc habet plurimos: ita magis ac magis elucescet, q̄ diu nō alio se, quā innocētia presidio tuebitur. Erit, erit illa dies aliquādo, que tā pijs omnibus, q̄ sanctissima huic societ. (licet hostiū suorū calūnias nūc surda aure prateat, ac silentio vindicet) fauorē, ac laudē amplissimā dabit, & tā pia cause patronos strenuissimos apponet. Quāquam, quid dico erit? imò iā sunt minime pauci, qui diligētē operā ei promouēda nauarūt, & praclarē de successu eius uaticinati sunt. Sed unū placet ē multis adferre, pie lector, ex quo uelut ab unguibus leonem (quod aiūt) faciliē discas, quāto in precio, & amore à prastantissimis uiris habitata sit. Cū enim D. Ignatius iū in terris supstēs, nūc in cælis beat⁹ agēs, à quo primū socie-

Ignatius à  
Loyola.

## PRÆFATIO.

*Societas instituta est, quæ propter sanctû spiritû in eo copiosè inhabitantè alterum dicere licet Ignatium Theophorû illû, in cuius corde respecto sanctissimû nomē le su exaratu, impressumq; apparuit: hic, in qua, cû pro eo zelo, què in iuuâda Ecclesia Dei gerebat, ac mētis ardore: ut aliquid cōferret in cōmune bonû iâ fatiscētus lacereq; fidei Christiana Româ venisset, cû Pont. Ma. Paulo eius nominis tertio homine prudētissimo locutus, qua pro Ecclesia Dei moliretur, aperuit. Pontifex admiratus masculâ in viro Dei cōstantiâ, animiq; inuicti robur: sentiens quâta in ea re, quâ proponebat, cōmoda rationes inessent ad iuuandâ Ecclesiâ, nō modò liberaliter concessit, quod impetratû volebat, verum etiâ afflatus diuino spiritu venisse dicitur in eâ sententiâ, ut crederet desursum esse, & à patre luminû descendisse hoc viri sanctû desideriu. Digitus, inquit, Dei est hic, ô præclarâ vocē. & sagacissimo Christi vicario dignâ. Non enim altâ istâ, calamitatumq; impendentiu haud ignarâ mentē latere potuit medicus*

## PRÆFATIO.

*dicus tam pius, qui quoquo modo posset, humanos solaretur casus, et Ecclesia laborati succurreret. Iam enim cōmodum Lutherus ortus erat, iâ stella illa caliginosa Antichristi extra cælum, & societatē bonorum in abyssum exciderat errorum, iâ blasphemus, atq; impuro cordis aperto puteo tenebricoso hæreticæ dicitur. n. fumo cælum, solē, sacra iuxta ac prophana infecerat. Verû ille, qui cuncta suo natu gubernat, aduersus eiusmodi nepharios conatus dum electorum suorum obliuisci non potest: pugilē codē ferè tempore Ignatium exciuit, de quo iam dixi. In cuius usque adeo obliuionem venire nō potuit Pontif. ille Paulus tertius, cûm sa pius iam, & familiariter cum eo cōgressus fuisset: quin cûm resolutionis suæ (ut cum diuo Paulo loquar) iam iam tempus instare cerneret, ac priusquam vitam modum faceret, ad eum miro quodam animi desiderio anhelaret, præsentiam illius sapius inclamitâs, Ignati, Ignati. Intellegebat nimirû Beatissimus Pater, ut tranquilliori conscientia, ex hoc ergastulo corporis*



PRÆFATIO.

corporis emigraret, quantum momenti esset  
positum in extrema illa cum morte, nostrorum  
hoste iurato diabolo lucta, si quis optimis  
pietissimisq; viris circumseptus esset. Quan-  
ti quoq; qui secuti sunt Pontifices societ.  
hanc sanctissimi nominis Iesu facienda ef-  
se duxerint: haud obscure singuli cum hoc  
ipso de quo agimus, suis diplomatis fecere  
contestatum. Quid? quod OEcumenicum  
Cocil. Trid. legitime in spiritu S. pro sa-  
lute totius Christianæ Reip. indictum, ope-  
re precium sibi duxerit definire, ac societati.  
Iesu institutum publico comprobare testimo-  
nio? Et ne diu fatigare querendo, accipe  
verba ex c. 6. sess. 25. Sancta Synodus non  
intendit aliquid innouare, aut prohibere,  
quin religio clericorum societ. Iesu iuxta  
pium eorum institutum à sancta sede Apost. ap-  
probatum, Domino Deo, & eius Ecclesia  
inservire possit. Multa huc adferri possent  
prestantium virorum testimonia, quibus cer-  
tum facere liceret id quod dicimus. Socie-  
tatem hanc honore, ac favore omnium dignam  
esse: sed quia nec indiget alienis praconiis,  
& in defensione eius publicis monu-  
mentis

Apoc. 12.

PRÆFATIO.

mentis multi aliquid contulerunt. libenter  
supersedebimus. Est inter reliquos Ia-  
cobus Andradij Payua doctissimus, disertis-  
simiq; viri opus in decem digestum libris,  
quod qui volet legere, quo modo, quibus-  
que initijs exorta sit, & quomodo adole-  
uerit, animaduertet nonnulla prodijt et in  
Gallia libellus alius in quo exactius quæ  
societatis sunt, explicant. Cum quibus stu-  
diose Lector has literas ex India allatas  
si adiungas, multiplicem vitæ in melius  
commutanda fructum percepturus es: quas  
ob id malimus qualicumque stilo exara-  
tas prodire, sic tamē ut non ingrata respici-  
ant latinitatis saluam, quam magnifica Dei  
apud Indos opera non in lucem proferre. In  
quibus fortasse illud offendet delicatulas  
aures, quod quasi modestiæ Christianæ  
immemores, de se loqui aliquando videantur  
gloriosius: meminervis oro, non ita ab  
ipsis conscriptas esse, ut promiscuo eas ob-  
trudi voluerint lectori, sed suis duntaxat  
fratribus mirabilia Dei per se patrata, cupiebat  
esse nota, quo & in primis omnipotentis  
Deo, pro eo ac par est, gratia agerentur,

Andradij  
opus pro  
societate.

P R Æ F A T I O.

*tur, necnō pro ipsis in vinea Dei laboran-  
tibus continuo funderentur preces, se seq̃,  
mutuo in grauiſſimis ſolarentur, anima-  
rentq̃ laboribus. Præterea hoc te admo-  
nitum volumus, literas has multo copio-  
ſiores quàm nos tibi damus, ex India miſ-  
ſas fuiſſe: ſed ne quid eſſet, quod temere  
te retineret, in legendo, multa ex indu-  
ſtria ſubtracta ſunt. His interea ſuere, dū  
aliud tibi volumen magis elaboratum in  
4. Tomos diſtributum paramus: in quorū  
primo tibi ſumms daturū vtriuſque India  
epiſtolas: In ſecundo, Iapanenſes & Ci-  
nenſes. In 3. Africanas & Æthiopicas.  
In quarto, Braſilienſes ſiue Americanas.  
Quē laborē eō lubētius in tuam gratiam  
ſuſcipimus, quod nō aliū ferē ordinē ſer-  
uatum eſſe, quàm quo ex India recepta  
ſunt in quatuor illis admodum prolixis,  
idiomate Italice conſcriptis tomis, nō ſi-  
ne tedio aduertimus. Vale in Chriſto Le-  
ctor optime, noſtrōſque labores, quod ſci-  
cus, boni conſule.*

Prouerb. 3.

Noli prohibere benefacere cum qui  
potest: Si vales, & ipſe benefac.

F R A N.

FRANCISCVS  
Xavier

PATRI IGNATIO GENE-  
RALI SOCIETATIS PRÆPO-  
ſito, & Fratribus Romæ, Patauij, Pariſijs, Co-  
loniæ, Valentie, & in Luſitania liti-  
ris operam dantibus.



RATIA & pax Ieſu Chri-  
ſti Saluatoris noſtri ſit ſemper  
vobiſcum. &c. Cum elapſi duo  
ſint anni, eoq̃ amplius nouem  
menſes, quod à Luſitania peti-  
turus Indiam ſoluerim, ac ter-  
nas, dum in India ſum, ad vos literas dederim, à  
vobis verò vnas duntaxat receperim, quæ Idibus  
Ianuar. datæ, anni 1542 mihi nunc primum duo  
bus ab hunc menſibus ſunt redditæ: diutius mi-  
hi ſilendum non putauī, quin de propagatione  
fidei, cuius hic magna incrementa largitur Deus  
Opt. Max. ac ratione inſtruedi rudiores in fide,  
paucā ad vos deſcriberem. Scribā autem inge-  
nue ad voſ fratres in Chriſto Ieſu dilectiſſimi: quæ  
Chriſtus Dominus hitce nouiſſimis tēporibus per  
noſtræ Societatis Patres dignatus eſt in ſalutem  
humani generis operari apud Indos. Polliceor au-  
tem mihi de veſtra æquitate, quod non in vanæ  
gloriæ aucupationem ſitis interpretaturū: quem-  
admodum qui nullius ſibi virtutis cōſcij, omnes  
eſſe ſui ſimiles optāt, aut ſaltē opera Dei magnifi-  
ca per alios geſta obſcurant, aut etiā eleuant ma-  
leuolē: ſed potius quod ex grata (vt ſpero) lectiōe  
materiā ſitis arrepturi, gratias miſericordi Deo  
agēdi. Igitur Dominus Paulus, Frāciſcus Mācilla,

Frāciſcus  
hic primus  
de Societa-  
te in Indiā  
miſſus, mul-  
ta hominū  
millia con-  
uertit, mul-  
tiſque mira-  
culis dum  
viueret, cla-  
ruit, magis  
etiam poſt  
mortē cum  
eius corp⁹  
adeo inte-  
grum per-  
duret, ac ſi  
iam iā ex-  
halafſet ani-  
mam.

A & ego

& ego bene in Domino valemus, Paulus Gogit in collegio S. Fidei, vbi strenue sanè suo fungitur officio, ac penes eū puerorū sibi habitantiū est cura. Ego verò, & Frācisus Mancilla annū iā, & amplius sumus apud Christianos eius Regionis, quæ indigenarū lingua Cōmorin appellatur. Horum magnus est numerus, ac quotidie incrementa sumit haud pōnitenda. Vbi primū in orā veni, quam habitant, curæ mihi fuit, interrogare, ecquam de Christo Domino nostro noticiā haberent: Tū tenerēntne articulos fidei? Hinc quid crederent? quidē amplius iā fidei nostræ initiati haberent, quam antea gentiles cum essent: Nil illi alii responderunt, quam Christianos esse se: Legē verò nostrā, & ea quæ credēda sunt (quoniā idioma nostrū non intelligerent) ignorare, Cum ergo inuicē non satis intelligeremus (quod illi lingua vterentur Maluar, ego verò Celtiberica, vulgō Vaziquerza) cōuocaui petiores eorum, quosq; sciebā vtriusq; idiomatis esse gnaros. Qui dū multis diebus vnū in locū cōeunt, tandē magno labore in linguam gentis illius nonnullas, easq; piās transfuderunt orationes.

Complectebantur autē figuræ Crucis vim, in personarum trinitate vnus Dei confessionē, symbolum Apostolorū, decē mandata Dei, Orationē Dominicam, Salutationē Anglicā, Salutē Regi-  
na, & Confessionē generalem. His ita eorum lingua donatis, & alius mea in memoria fixis: obibam totam urbē, ac promiscuē pueros, & viros, quos poterā, æris sonitu consciebā: ijsq; intimēdis postquā cōfluxissent, diebus singulis quatuor dabam horas, duas orto iam Sole, duas alias sub occasum. Itaque factum est, vt vno mēse orationes perdicerent, hanc ab illis postulans mercedem,

dem, vt pueri quæ à me audierant, parentes, & omnes domesticos edocerent. Dominicis verò diebus mei fuit studij, vt vniuersam vrbis incollarum multitudinem, cuiuscunq; esset vel ætatis, vel sexus, euocarem: vt sua quisque lingua orationes clara recitaret voce. Quod cum absq; omni tergiversatione alacriter facerent omnes, nō dubijs argumentis sibi impensē eam rem cordi esse testati sunt. Exorſi igitur à confessione vnitatis essentiaē diuinæ, cum personarū trinitate, omnes suo idiomate (dū præirem ego, illi autē sequerentur) clara voce symbolum enuntiabant. Quo finito: solus ego symbolum iterabā, ac vnumquēque articulū ab alijs dirimens, iustā explicationi morā tēporis impēdens, admonēbā eos nil aliud esse Christianū, quam fide firma, & inexpugnabili 12. articulos credere. Cum ergo Christianos esse se profiterentur, sciscitabar anne 12. fidei articulis inconcussa fide adhæreant: Hic scilicet omnes tam viri, quam mulieres, tam senes, quam iuvenes, admotis pectori decussatim (siue in crucis figurā) brachijs, responderūt alta voce: Credimus. Quam ob causam eis mandauī, sapius vt symbolum Apostolorū versarent animo, quam alias orationes: quod mortaliū quicuis potissimū acceptam ferre debeat illi fidem Christianam.

A simbolo ad decem mandata itum est. Ea esse aiebam legem Christianorū, quæ si quis (vt Deus iussit) implet, dicitur bonus Christianus: sin verò cōtrā, malus. Magna erat cum Christianorū, tum gentilium admiratio: quod viderent summam legis diuinæ æquitatem, & cum ratione naturali, parē symphoniam. Quo opere pro vrbibus cōsummato, dedi eis Orationē Dominicā, & Salutationē Anglicam, quas me præeuntē secuti,

Pueri parē  
sibus fidem  
annunciat.

Mira gen-  
tium præpti-  
tudo ad fi-  
dei audiē-  
da myste-  
ria.

Symbolum  
ediscitur.

Quis bon-  
us & quis ma-  
lus Chri-  
stianus di-  
catur.

duodecies pro adæptione 12. articulorū fidei, iterū decies pro obſeruatione 10. mandatorū legis, hæc ferie protulerunt. Initio proloquor articulū fidei primū, ſub quē illi ſua lingua mecū ſic præcatur: Domine Ieſu Chriſte fili Dei, da nobis gratiā, vt ingenuē, & ſine dubitatione primū articulū fidei credamus. Eā nobis donari oratione dominica imploramus. Inde ſimul e veſtigio dicimus: Mater Domini noſtri Ieſu Chriſti concilia nobis à filio tuo gratiā, qua ingenuē, & ſine dubitatione primū articulū fidei credamus. Hæc vt nobis cōciliet dicimus: Aue Maria: Idē fit in reliquis vndecim articulis. His ita peractis mandata enūciamus ad hunc modū. Imprimis aliquo clare proclamante primū Decalogi mandatū, acclamant omnes. Exinde ſimul omnes dicimus: Domine Ieſu Chriſte fili Dei da nobis gratiā, quate ſuper omnia amare valeamus. Vocato Dei auxilio: omnes deinceps dicimus Orationē Dominicā, cui alia ad B. Virginē ſubiungitur precatio: Sancta Maria mater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſlagita nobis à filio tuo gratiā, qua valeamus primū adimplere mandatū. Qua implorata gratia, ſalutationē quoq; addimus Angelicā, itaq; faciūt omnes in reſiduis nouē mandatis. Hæc ferē ſunt, quæ per noſtras orationes à Deo docentur poſtulare: affirmās, Deum ſi hæc ſemel eorū precibus donauerit: ſpe, votoq; ſuo plura ſargiturum. Confeſſionem generalem vt omnes dicant, operam do, maxiimē verò hi, qui baptizari volūt. Quos poſtquā ſymbolū pronūciarunt, & vnumqueque articulū ſe credere affirmarūt, legis etiam mādāta memorārūt, eaq; ſe ſeruaturus Deo iuante receperūt: tanquā ſatis exploratos, baptizato. Quibus omnibus Coronidis loco Deiparæ Virgini

gini accinitur antiphona Salue Regina. Porro cum hic locorū pueri magnū pæz ſe ſeruar legis noſtræ amorē, quod conſeſſatū faciūt cū auido audiēdi ſtudio, tū etiā ea abominatione idololatriæ, vt ſæpē verbis aduerſus ethnicos atrociffimis digladietur: quæ metā ſpes eſt, & fiducia de miſeri. oſſia Dei dō ambigo, quin ſuis parentibus lōge ſint euſuri meliores. Etenim parentes ſi videār antiquū obtinētes recedere in idolorū cultū: nō modo eos acriter compūit, ſed ſalutis eorū amore etiā ad me deferūt. Sandē eo res modō ſpectare videtur, vt metu puerorū, cuium nemo audeat in vrbē idolis ſacnificare. Nā extra vrbē occultē ſi quis idolorum ſeſectur cultū, pro Chriſtianorū diligeſſia ſuſpectas oēs perſeuerātur ſarebras: deprehentus illic ad me deferretur. Cui malo aliud à me nō adhibetur remediū, q̄ quod pleſſique cōuocatis pueris, eos in rē præſentem mitrā, vbi idololatria inſtaurari videbatur: qui pro ſingulari, pioq; quē erga fidē gerūt zelo, maiorē irrogāt diabolo contumeliā, q̄ ipſum parētes digni fuerāt venerandiſe. Arrepta enim idola per præceptis in caures deturbant, aut certē igitibus exurenda tradūt: aliāque deſignāt, quæ quāquam nō ſit honeſtū recēſere, pueris tamē eſt honori, ita illudere ei, q̄ parentes ſuos eo demētiæ impulerit, vt lapides, & ſaxa pro Deo haberēt, ac venerarētur. Quatuor mēſibus in quadam magna Chriſtianorū vrbē moratus ſum hiſce occupatus muneribus. Orationes noſtras in eorum linguā à me cōuerſas, vt memoriæ cōmendarent, ſedulo operā dedi: illi verò præz fidei noſtræ amore nullū detrectabāt labore. Quo tēpore tanta me obnuebat hominū multitudo, qui me ad ſuas ades multis precibus vocabant, alii quō egris cū mori

Pueri per  
ratos am-  
ter con-  
piti et de-  
ferant.

Pueri idola  
demonſ-  
tar.

Studiū gē-  
tilium erga  
patores ſuū  
et propriā  
ſalutem.

*Sanitas ma-  
nium impo-  
sitione pcti-  
tur.*

te luctantibus auxilio subuenirem; alij quò ma-  
num impositione sanitate recuperarent: vt le-  
gendis Euangelijs, pueris baptizandis, docendis  
orationibus, explicandis quæstionum nodis, sepe-  
liendis mortuis, iuuandis aliquorum bonis desi-  
derijs, inflammanda quoque multorum pietate,  
mille me, tametsi gratæ circumuallarent angu-  
stia. Ne tamen suo desiderio quod erga religio-  
nem gerebant fraudaretur eorum fides, pietasq;  
cùm omnibus vnus satisfacere non possem: pro-  
re nata suggestit credo Deus consilium, quomo-  
do omnium voluntati mos gereretur. Pueros  
enim Christianas callentes orationes in ægrotā-  
tium domum submisi, qui omnibus domesticis,  
& vicinis conuocatis, frequenter symbolū cū non-  
nullis precationibus pronunciant: asseuerantes  
fore, vt æger si crederet, incolunitatem cōsequeretur.  
Dum ad hunc modū per pueros omnium sa-  
tago morem gerere voluntati: sit vt egri per sese  
domesticorum, vicinorum, & suā ipsorum, expectatio-  
ne maiora à Deo Opt. Max. beneficia accipiant:  
nec solum à graui languore corporis, verum etiā  
animæ ægritudine curētur. Magna sanè Deus erga  
eos misericordia vsus est: vt qui per corporis  
morbos eos ad salutem animæ, fidemq; vocant,  
ac tantum non compulerit. Hunc ad modū pul-  
chrè religionis nostræ iactis fundamentis, reliqui  
in ea ciuitate quendā, qui eos adhuc in fide paru-  
ulos vsque dū in virū crescerent perfectū, edu-  
caret, ac institueret: ego verò progredior ad al-  
ias, eadē in illis munia obiens: Itaq; fit vt nulliquā  
non plurimæ sint obuiæ in hac regione sanctæ,  
diuinæque occupationes. Nam quæra sit vilitas,  
adeoq; spiritalis voluptas in baptizandis infantibus  
modo natis, & grandioribus instituendis, qui

etatem

etatem habent capacem literarum: vobis me-  
re comprehendendum relinquo: cum ipse rē pro  
dignitate explicare non possim. Ciuitatibus  
per quas mihi iter est, precationes trado Christia-  
nas, quæ præcipua fidei nostræ cōplectentes ca-  
pita, singulare quoq; spirant diuini amoris affec-  
tū: Has vt & meliori fide memoria mandet, &  
dicant quotidie: virū spectatæ probitatis cōstitutio,  
qui Dominicis diebus eas exigit, & ignaros  
instituat. Multi profectò hic locorum degunt,  
qui non alia de causa (vt equidē arbitror) in te-  
nebris permanent infidelitatis, quàm quod ido-  
nei desunt ministri, qui lumen Euangelicæ veri-  
tatis queant, veliatque inferre. Vnde frequenter  
animo meo talis inreperit optatio: Vtinam qui in  
Europæ academijs degunt, magno numero aua-  
ritia scientiarum duntaxat pallentes, Iesu Chri-  
sti spiritu afflati ad meditando serio proximorū  
salutem animū appellerēt: Quot animæ præcipi-  
tes in damnationem feruntur, quas creauit om-  
nipotens Deus; vt beatitudinem aliquando, vi-  
tæq; immortalitatē acciperent, nisi quòd illis ve-  
luti paruulis, qui panem cœlestis doctrinæ fran-  
gant, desint Parochi. Qui si vt seraphico spiritu  
sublimia de Trinitate sapere videntur, ita ob o-  
culos haberēt rationem accepti à patrefamilias ta-  
lenti, cuius in nouissimo die stricta reddēda erit  
ratio: multi eorū repudiatis cōsilijs, quæ probaue-  
rūt, aliā inirent viā, sin potius cognitionē, quàm  
literarū scientiā affectarent: voluntatem diuinam  
non tam intelligere, quàm sedulo implere stude-  
rent. Proculdubio imitatores forent D. Pauli Gē-  
tium Apostoli, orationeq; assidua à Deo gratiā fla-  
gitaret, quo & cū ipso fideret dicat, sese totos in di-  
uinū offerentes obsequiū: Domine ecce adsum, qd

A iiij mc

*Abusus sci-  
entiarum.*

*Vtinam nō  
eodem Eu-  
ropæ labo-  
raret mor-  
bo.*

*Orandus  
Deus, ut e-  
ligere dig-  
netur quos  
mittat in  
uincā suā.*

me vis facere: Mitte me quò vis, vel ad Barbarā, totoq; orbe diuisam Indorū gentē. Quanto tran-  
quilliorē animi vitā agerent, quanto maiori di-  
uinæ misericordiæ fiducia mortis tēpore iudiciū  
illud, quod effugere poterit nemo, expectaret di-  
cturi: Domine quinq; talenta tradidisti mihi, ec-  
ce alia quinque superlucratu sum Sed metuo ne  
eorū pleriq; qui in Academicis dant opeīā discipli-  
nis, potius id spectēt, vt per eas nanciscātur digni-  
tates, Episcopatus, beneficia, q̄ vt ea faciant, quæ  
facere æquū est Canonicos, & Episcopos. In ore  
est omnibus: Volo liteis vacare, vt sacerdotium  
vel Ecclesiasticā assequar dignitatē, qua parta, po-  
stea Deo viuā. Homines animales, q̄ qua: propria  
dicat libido, statim ea recta, & sequēda esse abj-  
trātur: bis hoc nomine Morycho stultiores, q̄ ne-  
que suarū, neq; alienarū rerū fatagētes etiā in ob-  
liuionē volūtatis veniant diuinæ: neq; in eam cu-  
ram suā & cōsilia omnia iaciētes. Metuūt enim,  
ne quod ipsi volunt, Deus nolit: neue dū diuinæ  
voluntati obediūt, male parta beneficia à se ab-  
dicare cogantur. Quòd si messis incredibile vi-  
derent vbertatem, deplorandumq; operariorum  
intelligerent defectū primarij qui in Academicis  
Europæ degūt Theologi, non dubitem cōfirma-  
re, quia vel nō necessarios huc mittent, vel omni  
cura, & sollicitudine viros spectatæ probitatis, &  
doctrinæ cōquirerent, quos huic admouerēt ne-  
gocio. Innumere certē Miryadū animæ fidē cō-  
plecterentur Christianam, quas necesse est nostra  
ignauia, suoq; infidelitatis peccato æternū perire.  
Tanta est hic eorum, qui ad fidē veniunt multi-  
tudo, vt mihi sæpē dum baptizo, quasi enervata  
labore brachia fatigētur, & ob raucedinem pro-  
pemodum destituar voce, dum toties articulos  
fidei,

*Præpostere  
de medijs  
cogitat non  
consideran-  
tes an ad fi-  
nem cōdu-  
cent.*

*Tam multi  
ad baptis-  
mum Con-  
sunt, ut*

fidei, decem mādata, aliasq; orationes eorum in  
linguam traductas memoro, dum ipsis quid sibi  
(Christiani) vocabulum velit, ac requirat expla-  
no, dum etiam de Paradiso, de inferis, & quæ sit  
eorum conditio, qui huc: quāq; beata eorū fors,  
qui illuc proficiscitur, verba facio. Frequentissi-  
mē autem sum in symbolo, & mandatis Dei in-  
culcandis. Accidit nonnūquam vt eadem die ci-  
uitatem integram baptizem. Hæc res magna ex  
parte Gubernatori Iudiæ ferēda est accepta, cum  
quòd singularis sit amicus & fautor nostræ Socie-  
tatis, tū quòd nullis vel parcat sumptibus, vel om-  
nes in se suscipiat (quos potest) labores ad propa-  
gandam fidem: cuius etiam opera nūc 30. in hac  
ora habemus Christianorum oppida. Tam auide  
heros ille esurit, & sitit fidem omnīū gentiliū,  
vt nuper donauerit nūmum aureorum 4000. his  
qui omni diligētia in vrbibus Christianorū veri-  
tatem profitentur. Superiori anno scripsi ad vos  
in ciuitate Goa ædificari Collegium, in eo iam  
sunt multi adolescentes, omnes à paganismo orti,  
horū intra collegij muros, vbi multa sunt ædifi-  
cia, alij linguæ Latinæ dant operā, alij caracte-  
ribus formandis, legere discunt alij, & verba sona-  
re Latina. Adest eis Dominus Paulus, per singu-  
los dies sacris operās, eorum confessionē audiens,  
à doctrina spiritali nunquam cessans, curam ha-  
bens etiam rerum corporalium, quibus egent  
adolescētes. Collegiū hoc adeo magnū est, vt plu-  
res quingentis capere possit, eosq; suis prouenti-  
bus alere: quòd ab erogantibus multis bonis viris  
elemosynas accipiat plurimas, & Prorox ipse  
abundatissimē omnia largiatur. Debet huius in-  
stitutio collegij (quod vocatur, Sanctæ Fidei) iure  
omnes accendere, & stimulare, vt Deo omni-

*brachia ba-  
ptizatis sa-  
tigentur,  
uoxque de-  
ficiat.*

*Integræ ci-  
uitates ba-  
ptisina in-  
terdum sus-  
cipiunt.*

*Liberali-  
tas Prore-  
gis in rem  
fidei.*

*Goæ ædifi-  
catur colle-  
gium.*

*Magnæ e-  
lemosynæ  
erogantur  
cateche-  
menis.*

*Brachma-  
nes quorū  
meminit Pla-  
to, sacerdo-  
tes gētiliū.*

*Danie. 14.*

potēti gratias agāt immortales. Ante multos an-  
nos per Dei misericordiā confido eorum labore,  
qui in hoc collegio literis vacant, numerū Chri-  
stianorum admodum auctum iri, & Ecclesiæ fi-  
nes longē latēque proferendos. Est in hac gente  
genus quoddā hominū Brachmanes appellatum,  
quod pro agnata sibi pertinacia, miro quodā stu-  
dio simplicē plebē in sua superstitione fulcit, cor-  
roboratq; curam phanorū habēt idolis sacrorū,  
mortalium omnium qui sub cœlo sunt nequissi-  
mi. De quibus meritō intelligi potest illud Pro-  
phetæ: De gente non sancta, & homine iniquo,  
& doloso erue me. Sunt homines nunquam ex  
animo quod sentiant eloquētes, apud se assidue,  
quo modo per astutias miseros, & simplices cir-  
cunueniant, volutantes. Persuadent compluribus  
idola esse admodum edacia, quamobrem ipsis &  
pecuniā, & varia esculentorū genera esse immo-  
landa: nimirum splendidum hoc comminiscen-  
tes mendacium, quō ipsi cum vxoribus & liberis  
genialius viuere possint. Quocirca & plus æquo  
credula plebs antequam cibum sumat, domesti-  
corum aliquem nummum ad aras oblaturū bis  
quotidie mittit: illi verō saltantes sistratiq; ac si  
furibundi forent, epulantur. Idola tunc edere mi-  
feris persuadent, & ne quid ipsis, suæque familiæ  
desit, denunciant populo vehementer insensā esse  
idola, quōd imperata non confestim tribuantur:  
& nisi sibi Deos propiciēt, fore vt eos occidant,  
ærumnis & calamitatibus affligant, aut in ædes  
eorum dæmonia immittant. Ea miseri ne sibi  
conueniant formidantes: sine mora quæ postulata  
sunt, aut plura etiam largiuntur. In eis parū licet  
sit virtutis, & literarū: abudē tamē eam inopiam  
malitiæ, & fraudum omnium affluentia cōpen-  
sant.

sant. Dolos & imposturas eorum, quia non cesso  
omnibus palam facere, plus quàm Vatiniano me  
prosequuntur odio. Semel (quæ ipsoform est stul-  
titia) mihi soli confessi sunt, populo se quidē im-  
ponere, sed necessitate compelli. Cum enim ni-  
hil aliud in bonis habeant, quàm idola illa faxea,  
quibus apud populum numē aliquod affingunt:  
fit vt pecuniā sibi non mediocrē consent. Quo-  
niam autem persuasum habent, me vnum plura  
scire, quàm omnes se, imposturamq; suam plebi  
non detectā iri, si à me muneribus corrupto si-  
lentium impetrassent: plurimis ad me donis mis-  
sis, iniquē admodū & impatenter ferūt illa à me  
repudiari: hoc etenim consilio mittunt, ne suæ as-  
tutiae simplicioribus hætenus incognitæ omni-  
bus prodantur. Affirmant se non latere vnū esse  
Deum, seq; illum pro mea salute (si taceam) ora-  
turos: ego vicissim illis aliquid, quod Deus mēti  
suggerit, in aurē dico. Postea simplicibus (quos  
religio, & formido mala illis facit obnoxios, ac  
plus æquo credulos) aperio eorum fraudes, & illu-  
siones ad raucedinem vsq;: qua ex re sæpenume-  
rō cōtingit, vt eorū permulti vana formidine li-  
berati, fidē Euangelij cōplectantur. Si nō obsta-  
rent isti deploratæ malitiæ homines, gentiles om-  
nes nullo negotio fierent Christiani. Ædes vbi  
cum idolis habitant, Pagodes appellantur. Om-  
nes gentiles huius regionis parum habent lite-  
rarum, malitiæ autem plus satis. Hætenus vnum  
duntaxat Brachmanem numero Christianorum  
adscripti, optimæ indolis adolescentem, qui pro-  
vinciam accepit instituendorum puerorum in  
fide. Dum Christianorum oppida vifio, multos  
prætereo Pagodes, & inter alios vnū in quo erāt  
Brachmanes plures ducentis, qui cum ad me ve-  
nissent,

nissent, inter alia quæ vltro citroq; tractata sunt, percunctatus sum ab eis, quid iuberent idola facere, vt vitam æternam consequantur? Hic orta magna inter eos dissentione, quis mihi responderet primus, tandē iusserunt senē quendam respondere, qui plus minufue 80. annos natus erat. Ille, antequam mihi responderet, vt dicam prior postular, quid mādēt Deus Christianorum? Ego verō intellecta hominis astutia, parere nolui, quod prior à me interrogatus, prior etiam respondere foret æquū. Ibi miserabilis senex prodito superstitionis suæ delirio, respondit: Duo à dijs suis in perari, quorum alterum est, nō occidere vaccas, quas ipsi adorant; alterū ergare elemosynas, & has Brachmanibus, qui idolis in Pagodibus ministrant. Quibus ego auditis, dolens tantū iuris vsurpare dæmones in nostros proximos, ab eis pro Deo vt colerentur, eos sedere iussi. Sedentibus omnibus surrexi, stansq; inter eos alta voce lingua ipsis vernacula, Symbolū, & mādata pronunciaui, vniuscuiusq; mandati sententiā breuiter aperiens: postea verba feci de superis, de inferis: & qui ad hos, & qui ad illos sint ituri, illi verō, audita hac disputatione, simul omnes surgere, frequentes me amplecti, & vno ore clamare: Verē Christianorū Deus, verus solus est deus, cuius tā æqua sunt mandata, tā rationi naturali affinia. Rogarūt an veluti brutorum animalium, ita nostra quoq; anima vnā cum corpore interiret: Sanē tunc mihi Deus ea suggessit, quæ liquido illis animæ immortalitatē ostenderent, quæ res eis magnæ fuit voluptati. Rationes autē quæ populo huic illiterato, rerumq; omnium ignaro dātur, non tam exquisitæ esse debēt, quàm sunt, quas ad amussim doctores scholastici tradide-

runt.

rint. Percōtati sunt etiā, qua parte hominis anima erūpit, cum moritur: Et quādo homo soporatus somniat se in aliqua prouincia esse apud nos, & amicos (vt mihi sæpè vobiscum esse accidit in Domino charissimi) an id fiat, quia anima illuc proficiscens corpus exangue destituat: Præterea an Deus sit albus, an niger propter discrimina colorū, quæ in hominibus vidētur: Et cum hic omnes sint nigri, quia vnusquisq; suæ formæ amator est: ideo nigrū arbitrātur esse Deū, quasi formosiores sint nigri hominibus albis. Hinc quoque vt plurimū idola eorū sunt nigrore horrida, impuroque oleo perfusa, supra modū olida: visu verō adeo fæda, vt vel solus eorū aspectus terreat intuentē. Quibus omnibus questionibus satisfeci, prout eorū capere ingeniu potuit. Cum verō tandem suis eos verbis reuincere conarer, diceremq; ipsis (quandoquidē veritatem scirent) vnū esse Deū, solūq; adorādum, idcirco etiam Christianos esse oportere: responderunt id quod multi nostrates solent: Quid nobis alij dicturi sunt, si sic, qui hactenus apud plebē fioruimus gratia, auctoritate, & existimatione, per inconstantiā leuitatem nostrā viuendi rationē mutauerimus? Vnde nobis ad vitam necessaria parabimus? Aliasq; inanes causas, vt filijs diffidentiae mos est, nectebant. Vnicū Brachmanem inueni in quadā huius regionis vībe, nō omnino ignarū literarū, quas in quadā celebri schola didicisse ferebatur: quapropter curauī excogitata via, hominē vt cōuenire. Cum igitur ambo simul essemus, is mihi arcana quædā commisit. Primum à ludi Rectore hoc agi: vt quos habituros est auditores iure iurādo cōpellat, nunquā se ea quæ audituri sunt myste-  
ria reuelaturos: quæ tamē propter amicitia, quæ  
dudum

Impium in  
ramentum.Vaccas a-  
dorant.



dudum inter nos cōtracta erat, minimè celauit. Quorū mysteriorum vnū erat, ne vnquā profiterentur adorandū esse Creatorem cœli & terræ, qui in cœlis est: sed potius idola, quæ dæmonia esse sciebāt. Sunt apud eos libri, in quibus mādāta Dei scripta sunt, lingua autē quæ illos in schola docetur, est veluti latina apud nos. Hic mihi de memoria recitauit exactissimè 10. mādāta, & quomodo vnūquodq; illorū intelligatur, accurate disseruit. Dies quoque Dominicos, q̄ doctores sunt, seruāt religiosissimè, quibus nō pronūciant aliā orationē nisi hanc, eamq; sæpius: Oni cūi marania noma: Hoc est: Adoro te Deus cū tua gratia, & auxilio in c̄ternū. Dixit etiā mihi, vetitū sibi esse lege naturæ, habere plures vxores: scq; habere in suis libris, fore aliquando, vt oēs sub vna lege viuant. Adhęc retulit in suis scholis doceri Magiā & incātionēs. Quibus omnibus mihi communicatis, postulauit sibi à me vicissim reuelari capita legis nostræ, affimās se nemini dicturum vnquā. Cui ego respōdi, nihil ipsū à me auditurū, nisi polliceatur se neminē celaturū. Cum itaq; se promulgaturū recepisset, postulauī à Domino Deo, ea vt mihi suggereret verba, & sermonem, quæ in sacris literis pōdus, & energiā habeāt singularē. Primū igitur enarrata sunt illi hæc verba: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Tū Symbolū, cui accuratā subiunxi explicationem: quod vt plene intelligeretur, mādāta quoq; recepī, propter summā eorū cum Symbolo consensione, quæ omnia sua ipse lingua diligēter perscripsit. Narrauit se vna nocte magno gaudio vidisse in somnis futurū, vt esset Christianus mihi socius, & comes itineris: quāobrem voluit per me baptizari, sed occulte, & nonnullis cōditionibus,

quæ

quæ quoniam neque liberales erant, neque Christianorum moribus conformes, eius volūtati non parui. Confido tamē per Dei misericordiā, quod absq; vlla cōditione baptismatis sacramēto religioni nostræ initiabitur. Suadeo illi, vt simplices doceat adorare vnū Deum Creatorē cœli & terræ, qui in cœlis est: quod ille propter vinculū iurandi, ne periurus à diabolo occidatur, facere non audeat.

Pemulta adhuc vobis foret scribenda Fratres mei, ni me temporis excluderet angustia, ac alio me multiplicia vocaret negocia: vnum duntaxat addam, nimirum eorum qui hic gentibus euangelizant, tanta esse mētis solatia & gaudia, quæ nō sit facile verbis exquare. Versatur etiam inter nos quidā, qui haud infrequenter à Deo ea perfunditur voluptate, vt in has sæpē prorumpat voces: O Domine ne tor mihi in hac vita largiaris solatia: aut si per tuam inexhaustam bonitatem, & misericordiam ea dare vis, tolle me hinc ad tuam gloriā. Nam nimia est anxietas, vbi tam benignè creaturis te infuderis, tam procul à tuo conspectu viuere. O si qui scientijs vacant, tātum laborarent, vt his quoque delicijs, & voluptatibus Deus eos aliquando dignaretur, quas non ærumnas sufferunt, vt vanam huius mundi sapientiam assequantur. O si gaudia, quæ multorum animis oboriūtur ex rei alicuius noue indagine, illis prouenirent ex institutione proximi, operibusque charitatis, dum alios ea docerent, quæ sunt ad salutem necessaria, ab ouili lupos arcerent, nuntantes, aut lapsos iam à fide corroborarent, & erigerent: quantō alacriores, & paratiores essent ad reddendam Domino rationē, quam est exacturus, dicens: Redde rationem villicationis tuæ.

Oble-

*Gaudii euangelizantium.*

*Brachmanes Decem præcepta tenent.*

*Dominicæ colunt.*

*Oratio doctorum.*

*Erit unus pastor, & unū ouile.*

Oblectationes quas hic habeo, Fratres in Domino charissimi, præter cæteras, sunt frequens vestri memoria, consuetudinisq; illius recordatio, quæ mihi vobiscum per magnâ Dei misericordiam fuit. In qua quidem cõsuetudine nunc intelligo, & sentio quantam infelix ego iacturâ fecerim, qui ex tot, tantisque beneficijs, quæ in vos Deus abundantissimè profudit, tam parû utilitatis reportauerim. Hæc tamen mihi Deus largitur beneficia per iuges vestras orationes, & assiduam mei memoriam apud eum, (dû me ipsi cõmendatis absentem corpore) vt dignetur mihi ostendere meorum multitudinem peccatorum, viresque, & fortitudinem suppeditare, vt inter infideles versari perdurem. Quare cum Deo gratias immortalæ, tum etiam vobis Fratres in Domino charissimi lögè maximas ago. Inter multa autè, quæ Dominus dedit, datque mihi quotidie beneficia, vnum illud maximum est, quod videre mihi licuit nostram Societatem, legemque viuendi tandem aliquando Cardinalibus, & comprimis Episcopo primæ sedis probari, ab eis stabiliri, & robur accipere: Sit Dominus per secula benedictus, quia visum est ei palâ facere, id quod antè oculis seruo suo Patri nostro, Ignatio inspirauerat. Anno elapso scripsi ad vos sacrificiorum, missarumq; numerum, quæ apud Indos iussu Domini Ignatii fecimus. Factorum verò hoc anno numerû nò teneo. Finem facio, Deum orans, vt qui ex tot nationibus per suâ misericordiâ nos cõgerit, coactosq; in dissectissimas orbis plagas disseparauerit, iterû nos iugat post hâc vitâ in sua gloria. Quod vt obtineam in auxilium voco animas omnes sanctas huius regionis, quæ per me baptizatae in sua innocentia ex hac miseriarum valle ad gloriam

gloriâ euolârunt cœlestem, numero plures quàm 1000. Has omnes sanctas animas oro, vt nobis gratiam concilient, per quâ toto huius exilij tempore Dei sanctissimam voluntatè intelligamus, intellectamque totis viribus impleamus.

Ex Cochim 15. Ianuarij. An. 1544.

Vester in Christo charissimus Frater.

Franciscus Xauier.

EPISTOLA M. GASPARI BELGÆ  
Ex societate Iesu Præsbiteri, quam ex Ormutio  
Insula sinus Persici Conimbricam ad  
suos Fratres ac socios  
dedit.

Anno. 1549.



Ratia & pax Dei, ac Domini nostri Iesu Christi vos semper tneatur. Amen. Si ea quæ per homines nostræ Societatis in hac vrbe, Insulâq; geruntur, sigillatim coner perscribere: nò modo facultas me, sed etiam (Christo Domino nostro gratia) dies, atq; adeo oratio ipsa deficiet. Pleniores literas dabûnt charissimi in Christo Patres ac Fratres, vnusquisque separatim, quod nostris omnibus quicunq; in diuersis Indiæ oris versantur, vt facerent, M. Franciscus mandauit: quæ quidem tum in doctrina, tum in obedientia, cæterisq; virtutibus ducem sequi debemus, qui tam multa, tamq; egregia nobis præbuit exemplar: vt quàm diu vixerimus, quod imitemur habeamus. Quod obedientie studium nisi potentius ad scribendum me compelleret, quàm vel pudor deterreret, vel negociorum multitudo non

B

per-

Gaspari  
hic zelans  
fuit natus  
in Opido  
Goës,  
Louanij in  
pædagogio  
Castrensi  
philosophiâ  
didicit circa  
an. Domini  
1535.  
Dein sub  
Carolo V.  
militiâ per  
tesus, Christo  
militare  
cepit,  
multis tẽm  
pestatibus  
& naufragijs  
eruditus.  
Quid ad  
scribendû.  
huiusmodi  
literas impulerit.

permittit: non equidem proximo anno 1548. ut ea scriberē quæ tunc scripsi, adduci potuissem: & nunc multo minus, cum id mihi negotij datū est, ut quæ Deus Opt. Max. nostræ minimæ Societatis opera & ministerio his in locis agit, distincte fuleq; conscribam. Quod tamen minus agere, imò eo lubentius facio, quod confidā fore, ut fratres mei his rebus vel legēdis, vel audiēdis ad ampliorem diuinæ benignitatis, & providentiæ admirationem, amorem, laudationemq; impellantur: cuius nutu atq; ope fretus, nunc ad narandum aggrediar: ita ut quædam sigillatim referam, alia generatim, & vniuersè perstringā.

Atque ut à nostro Goa ad Cochinum, vbi tunc M. Franciscus morabatur, discessu ordiar: in literis, quas superiori anno ad P. Aloysium Gramtam dedi, scripsisse memini, me à P. Antonio Gomezio ad Challem missum: ut ibi Collegiū constituerem, in quo nostræ Societatis Tyrones, qui in Goano Collegio ascripti fuerant, in religione, Christianisq; virtutibus exercerentur, & cum Calécuthanis hominibus versarentur. Nam Rex Thanorij tum cum illac ego transirem, magno studio capeffendæ Christianæ religionis flagrabat. Itaque profectus, cum eò peruenissem: omnia ad rem conficiendam necessaria offendi, & contemplatus loci naturam, edoctusque singula, Cochinum redij, ut M. Francisco renunciarem. Is verò me, de quo iam aliud statuerat, postredie Goam secum reuerti iussit. Ea nocte apud Fratres Franciscanos diuersati sumus, qui humaniter, & benignè nos exceperunt, perinde ac si eiusdem ordinis fuissetus. Cum Goam peruenissemus, Collegio Goano me præficere voluit: sed propter virium imbecillitatem, animiq; haud

fatis

fatis purgati conscientiam, id munus merito recusantem, ad hanc Insulam, vrbemque Ormutiū misit, quò nullus adhuc nostrorum fociorum, nec alius quisquam Christianus Concionator accesserat, præter quendam Episcopum, qui postea diē hic suum obiit. Hanc Insulam diu multumque M. Franciscus adire cupiuit, cō motus fama grauissimorum scelerum, quæ ab incolis admitti à multis audierat: sed ne iret, necessaria in Iapaniam profectio impediuit. Abiens triennij moram Ormutij mihi, dum ipse videlicet ex Iapania reuerteretur, definiuit: tū quia me in Chinam, aut quocunq; alio ipsi visum fuisset, mittere destinauerat: tū quia verebatur, ne ego propagandæ religionis cupiditate inductus, longius fortasse quam par esset, progrederer, atq; in Persidem Asianq; minorem penetrarem, vbi paucis antè diebus viri quidam religiosi ob Christiani nominis confessionem fuerant à barbaris interfecti, & in ijs monachus Frāsciscanus vnā cum altero Christiano, qui religionem Christianā quā Turcico habitu hætenus dissimulauerat, insigni morte professus est, cum aliquibus discipulis cōprehensus, & sagittis transfixus, ut à quodam Genuensi accepi, quem abiurata, desertæque fidei Christianæ poenitentem expiaui. Franciscani etiā huius martyrij coronam alius confirmauit Genuensis. Vtinam & mihi misericors Deus eiusmodi tribuat animi robur, eoq; me dignetur beneficio: ut & ego minimè cedens tormentis, dignus habear aliquid pro Christi nomine pati. Verum sibi quisq; suspectus esse debet, atq; mihi hoc nomine magis ego: quòd P. Frāsciscus meæ tenuitatis conscius toto triennio sinibus Ormutij excedere inderdixit.

*Dei laus  
nō propria  
quærenda  
est.*

*Collegium  
Chalense.*

*Rex Thanorij  
baptismū  
desiderat.*

Antequam igitur in Iapaniam ille discederet, ego in hanc Insulam cursum instituturus, nauem conscendi, adiungens mihi navigationis comitē Raimundum Perciram virum nobili loco natū, qui Goæ in nostram fuerat Societatem ascitus. In naui dominicis quidem diebus concionem habebam, quotidie verò Christianam doctrinam seruis tam viris, quàm mulieribus, & pueris explicabam, idque interdum noctu autem Litaniis, & Sabbatis Salue Regina clara voce, & in omnium conspectu dicebamus: quem quidem morē nostros omnes, in navigationibus retinere, & usurpare consentaneum videretur. Supplicatio quoque indicebatur, in qua pueri se flagris cadebant in sacrosancta Parasceue, quod & viri non pauci alijs diebus imitabantur. Nec minor erat eorum numerus, qui peccatorum confessione apud sacerdotem expiarentur.

Horum religio, & alacritas sua raritate tam fuit suspicienda, vt Mauros, ceterosq; omnes barbaros in admirationem raperet, quosdam etiam ad Christi fidem amplectendam pennoueret. In ea navigatione, quæ duobus mensibus confecta est, fame crebrò sitique laboratum est: ad ostium verò Arabici sinus non longè abfuimus à vitæ periculo. Deceueram ego, cum ad Insulam Zocotoram peruenissem, ibi dies aliquot commorari, vt incolas Christianos, qui à D. Thoma Apostolo Christi cultum per manus traditi acceperant, iuarem. In tanta siquidem rerum ignoratione versantur, vt Christiani hominis nihil omnino præter nomen retineant. Illis omnibus periculis à Deo tandem erepti sumus. Nam & aqua ex densissima pluuia sitim leuauit, & ad quoddam littus Fœlicis Arabia, quod Calaiates appellatur,

*Puerorum  
feruor.*

*Christiani  
à D. Thoma  
tempo-  
ribus.*

*Arabia.*

appellatur. delati, caryotis, siue dactylis (quorum magna inibi copia erat) famem depulimus: Inde cum sex millia passuum processissemus, è naui egressi fumus apud ostium fluminis, quod per multi Arabes incolebant. Hoc in loco meus comes commorari tantisper volebat, dum incolas nonnullos Christianos efficeret: ego verò cum ex iuueni, & immaturo. quodam animi studio id proficisci arbitrarer: nullo modo fieri permisi, tū ne peregrinari zelo citra scientiam, & omni spiritui credere viderentur: tum etiam quòd ei rei, vt alijs huiusmodi. suus est locus, cum Deus vult, cuius nutu, præsidioque omnia præstari possunt.

Equidem charissimi Fratres, si scuissem in India regionibus per loca adeo inculta, desertaq; mihi peregrinandum, & inter tam diuersas ac barbaras nationes versandum fore: profecto cum apud vos agerem, maiores multò in virtutibus progressus facere studuissem. Pro certo habeo, me neq; consuetudine, neq; aspectu, aut vestro, aut eorū, qui vel in alijs Lusitanæ vrbibus, vel Europæ regionibus, vel in India manent, vnaquam amplius fruiurum. Veh soli, quia cum ceciderit, non habet subleuātem se. sed omnia possum in eo, qui me confortat. Atq; id est vnicum mihi oblectamentum, & solatium, anni temporis grauisimo, & caloribus maximis nimirum concionari, & confessiones audire, neglectis quotidianis vocibus horum hominum, qui dicere solent, me tantis laboribus mortem querere. Rarò enim tres vt summum horæ mihi ad necessariā quietem à continuis occupationibus conceduntur: qua de causa hic me in rebus omnibus paupertatem colere, ac profiteri oportet. Vobis hæc, quæ mihi desunt, omnia abunde suppetunt. Vobis

*Solatium  
labor  
Christianis  
in-  
pensus.*

non deest tempus, quod diuinis orationibus, studijs, cōtemplationi, quieti tribuaris: mihi autem nulla prorsus aut perexigua, earum rerum facultas datur. Nolo tamen vos à nostro vitæ genere labores eò deterreant, quòd auocare mentem à diuinis commentationibus, & animi ardorē imminuere soleāt. Id enim his in locis non fit: sed contrà potius euenire sentio, & in me ipse experior, quòd nullum aliud in rebus difficilibus, & aduersis perugiū esse possit tutius quàm Deus.

Sed vt ad nostram nauigationē reuertar: cūm ex eo loco conscendissemus, uenimus Mascatā, quod oppidum maritimum est Fœlicis Arabia, vbi multos Lusitanos mercatores offendimus: qui cūm decoxissent, solum uertere coacti fuerant, & ad Mauros se recipientes, decem iam, & eo amplius annos Christiano ritu peccata non expiauerant. Ibi tum sub umbraculis semel, & iterum ad Præfectum militarem, qui oram illam maritimā præsidio tenebat, atque ad alios complures Lusitanos concionem habui: sub quā statim me conuenerunt permulti, qui detectis impiæ vitæ rationibus, quòdque eos ibi necessitas exulare compelleret: spem omnem salutis abiciebant. Tantus autem fuit confitentium numerus, vt mihi postridie etiam manere, & mea causa nautis, cæterisque uectoribus rogatu præfecti, ac populi expectare necesse fuerit. Hoc oppidum est uelut Asylum, quòd vxores à uiris, & ab uxoribus uiri perugiunt. Qua re fiebat, vt magna esset mulierum tam nuptarum, quàm aliarum perturbatio, atque confusio: nec multò melior plurimorum uirorum conditio, qui Mauris pecunias fœnerabantur. Gratias ago Deo ingentes, cuius nutu, ac uoluntate ad hunc portum tam

solum

solum & destitutum appulimus. Præfectus discedentem me in suum Myoporonem imponere uoluit: sed cūm parum honestum censerem, meum deserere Nauarchum: eandem nauē, qua uecti eramus, ingressi, soluiumus ex eo portu, & secundo uento tandem Ormutium peruenimus.

Est autem regnum ad Sinum Persicum, qui Sinus Arabes à Persis diuidit, excipitque duos clarissimos amnes, Euphratem, & Phison ad Batoram (vbi nunc Turcæ imperiū obtinēt) eius regni caput est Ormutiū. In hac enim urbe Rex suā aulā, & domiciliū habet: tamq̃; habetur potēs, vt Rex Orientis ad Occidentem usq̃; appelletur. est ipsa urbs sanē, si qua alia, totius orbis pulcherrima: vt meritò incolæ dicāt: si midus esset annulus, illius gemmā futurum Ormutiū. Ciues certè inter opulentissimos totius Indiæ numerantur: quæ res omnium illis flagitiorū materiā subministrat. Sūt hic ex varijs orbis regionibus, ac regnis legati. Huc etiā herbarū genera ex fœlicis Arabia importantur. Arabia enim deserta in alteram partē uergit, atque Erithræo mari, siue Arabico sinu adluitur, qui Ægyptū, Æthiopiā, Regnumque illius qui præbiter Ioānes uulgò appellari solet, ab Arabia separat. Nec procul inde profluit Nilus per Regis Æthiopiæ prouincias. Hic autē Nilus idē esse qui Ægyptum secat, Crocodilorum argumento creditur, qui utrobique cōspiciuntur: & quòd ætate limosus, ac turbidus fertur, atque auctu magno increfscens, per circumiacentem spatiatius Ægyptum, terræ fecundissimus innarat. Eo porro tempore Bonæ spei promontorium frigore hyberno riget: rursus Ægyptum uirgente hyeme clausus, & lymphidus perfluit: propterea quod id promontorium æstiuo tunc sole torretur. Quar-

Situs Ormutij.

Euphrates Phison.

B 4 tus flu-

Mascata.

*Fana Alexandrimagni.*

tus fluuius, quem indigenæ in Paradyso terrestri oriri dicunt, Ganges vocatur. Indus autem, qui Indiæ nomen dedit, Cambayam interfluit. quò vsq; Alexander Magnus penetrasse, & resistenibus incolis retrocessisse perhibetur. Fana, quæ Elephantis, & Canavim nominantur, illius esse opera videntur, de quibus P. Melchior Gonzales noster, qui in ijs locis agit, plura conscribet.

Vt ad propositum redeam, Regnum hoc Ormutinum finitimum est regno Babiloniæ, quæ nunc Bagueada dicitur, & Turcico paret imperio ab eo tẽpore, cum ablata fuit Sulthano Babilonico, qui modò Cathemas appellatur. Hic modò Persis imperat, & in Regibus potētissimis iure optimo cõserat. Eius robur oẽ ac vis copiarũ equitatu cõstat, & peritissimis sagittarijs. Nullis bombardis, nec alijs huius generis tormentis vtiunt. Sæpe cũ Turcis, & quidẽ felici Marte belligerant.

*Philosophi, Medici, Astrologi.*

Ac non ita pridem Rex omnia imperij sui propugnacula deijci iussit: vt in apertis, & patentibus campis pralio deceraret. Sunt apud hos Philosophi, Medici, Astrologique permagni. Ormutium tam infestis caloribus torretur, vt cum Mina, & insula D. Thomæ, ac Melinda, æquinoctiali alioqui subiectis, tẽperatẽ agi videatur, illorum iudicio, & testimonio, qui loca hæc omnia persulstrauerunt. Huius rei causam naturalem aliam non inuenio, nisi calidos, siccosq; halitus terræ. Tota siquidem Insula natiui est salis, qui defluens densatur & cogitur, atque in collium speciem, altitudinemque atollitur. Vna porò liquefcente massa, altera ibidem statim renascẽs adcreuit: tantaq; est salis acrimonia, vt omnia salita erodat, atq; cõsumat. Reperiuntur & sulphuris venæ non pauca, vnde & Insulã toto

septem

*Insula mirandæ naturæ salis eracissima*

*Insulã se-*

septẽnio ardere solitã narrant: quod valde etiã verisimile faciunt montium vertices aridi. siccique instar calcis, & cinereum ac rufum colore præ se ferentes. Nec multò antè vnus montis latus diuturno flagrauit incendio. Insula nec herbas omnino fert villas, nec volucres habet, nec quadrupes siue agrestes ac feras, siue cicures atq; domesticas, nec fontibus aquæ dulcis rigatur. Incola atque habitatores æstat tam noctu, quàm interdiu, in quibusdam quasi schaphis aquæ plenis, capiti, quo solo ex aqua extant puluino subiecto, iacent. Nocturni calores hic vehementiores sunt, quàm Minæ, ac Melinda diurni. Insula tamen reliquas oras adeo salubritate præcedit, vt si quis fortè in morbum incidat, ex eo breui admodũ cõualefcat, beneficio videlicet multi sudoris, quo hic cõtinenter madere cõsueuimus. Reperitur & mãnæ genus rori coacto nõ absimile, dulce, gratique saporis. Non mihi videtur satis quadrare ad verba sacrorum voluminum, quibus id quasi semen coriandri esse declaratur: vulgò tamen idem esse perhibetur. Mihi erat in animo illius mannæ nonnihil in Europam trãsmittere, nisi putredo, cui obnoxia videtur, consilium dissuasisset. Insula sepè tenæ motu contremiscit, sepius verò hoc anno post nostrum aduentũ. Tot enim, ac tãtis, tamq; diuturnis est cõquassata tremoribus, vt maximus sit & Christianis, & Mauris terror incussus, metuentibus ne terra dehisceret. Id quod M. Frãcisus etiã propter multitudinẽ, grauitatẽq; scelerũ & flagitiorũ, in quibus incolæ volutantur, iram diuinã veritus, nõ mediocriter pertimescebat. Cum aliquãdo essem adcensurus in concionem: terra ingenti concussa motu est, qui vim ad persuadendum adiecit meæ cõ-

*ptennio asisse.*

*Nec herbas, nec aures alit, nec quadrupes.*

*Salubritas in arduibus.*

*Mannæ genus.*

*Frequens terræ motus.*

festim

festim subsecuta, atque ex allati periculi cōsideratione, ductæ orationi. Conciorandi namque materiam, & argumentum peculiare maximeq; accommodum, ac necessarium ad peccatorum detestationem, timoremq; Dei incutiendū eo die mihi Deus videtur voluisse præscribere. Intra duos menses octies nouiesue is motus factus est.

Ormutij, vt superius ostendimus, Rex habitat Xarases appellatus, Lusitanorum Regis vestigalis, & stipendiarius, qui superioribus annis in Mōte maiori (quod oppidū est in Lusitania) in liberis custodijs tenebatur. Est itē in hac vrbe Maurorum sanum (quod ipsorum lingua Mofcha dicitur) omnium maximum, & amplissimum, cuius pulchritudo, & magnificentia ex alijs barbaris, Ethnicisq; complures ad Mauricam religionem, seu verius superstitionē, inuitat, ac attrahit. Sunt hi Ethnici superstitionisissimi, serpentes,

*Serpentes  
& vaccas  
colentes.*

*Vaccis ser  
pētibusque  
ædes reddi  
tibus dota  
tas extru  
unt. Nefas  
animal oc  
cidere. Sese  
suis dijs im  
molant ho  
mines.*

*Sacerdotes  
Baal 3. Re.  
18. imitan  
tur.*

vaccasque venerātur, & colunt, quas liberè & impunè vagari sinunt. Domos habent annuis proventibus redditibusque instructas, in quibus pro sua illa religione vaccis aquā, cuius alioqui nullā in insula facultatem esse docuimus, gratis dant bibere. Animal vllum gustare, aut occidere, fas non putant. Oleribus serè viuunt. Ingenio sunt miti, atque ab omni iniuria, & maleficio alieni. Eidem genti in aliquibus Indiæ ciuitatibus moris est: vt in speciem triumphantium magnis curribus extructis, eorum summatem magna hominum onerent turba, Dijs suis (quos Pagodos vocant) immolanda: ipsi verò nihilo fecius cultris se, ac nouaculis feriunt vsque eò, dum lacerto corpore exangues ex curru decidunt, atq; ita intereant. Horum carnum sista in circūfusa multitudinem propè infinitam arcu cōiecta, cer

tatim

tatim omnes conantur excipere, excepta religione asseruant. Aliqui ipsorum vehiculorum rotis se spontè subijcientes obteruntur, rati nullā suis dijs hostiam gratiorem, nullum sacrificium esse posse iucundius. Si quis maritus priorè vita excedit: eius vxor extructo rogo viua comburitur. Reliquas superstitiones, ac errores, qui horum hominum animos opprefferunt, longum est persequi. Hic habitāt Iudæi non pauci ex his qui primum captiui Babylone traducti, cæterisq; post in patriam restitutis, ibi remanserant. Per multi præterea Turcæ, Persæ, Armeni, Russij, Apollonij & aliæ nationes. Singularum hebdomadarum quatuor dies festi, ac solemnes aguntur. Solis siue Dominicus à Christianis: Lunæ ab Ethnicis: Veneris à Mauris, qui sub vesperum à negotijs, & laboribus feriat, sacra illa execranda obeunt: sabatum demum à Iudæis celebratur.

*Vxor ma  
rito defun  
cto se exu  
rit.*

*Dies Lunæ  
Ethnicis sa  
cer. Vene  
ris Mauris  
Sab. Iu  
dæis.*

Harum equidem gentium errores, cecitatemque mentis, & miseram conditionem mecū ipse considerans: maximum dolorem animo capio. Desessum verò continuis laboribus, atque ex lassitudine paulisper quiescere, ac dormire cupientem somno priuāt insanis clamores, quos illi suo in sano religionis causa tollunt. Animaduertens denique, quā faustè, feliciter, prosperèque res Ethnica, siue hostis humani generis negotia, cōsiliisque procedant: ita commoueor, vt gemitus, lachrymasque omnino tenere non possim.

Cæterum nobis ex longa, & periculosa nauigatione, Ormutio tandem Christo duce, appropinquantibus, antequam ex alto in portum veheremur: non desuerunt qui nauiculis duabus obviam, officij causa, venirent: illarum altera regiarum domus, rerumque familiarium Regis Ormutij Præfectus

fectus, qui cibos nobis apportabat, altera Episcopi Vicarius, omnésque sacris initiati, ac sacerdotes vehabantur. Qui Vicarius nos & libentissimè vidit, & humanissimè salutavit. E nauis egressos hi omnes, atque alij magno sanè numero ad arceam vsque deduxerunt. Vbi nos eius arcis, militumque Lusitanorum præfectus expectabat, à quo perbenigne, & comiter accepti fuimus. Se suaque diinde offerente, nosq; apud se in arce retinere conante, cum nobis diuiciorum, habitationemque publicum (inquam) valetudinarium seu xenodochium esse diceremus: in magnam eos qui aderant, admirationem tam noua, & inopinata responsione traduximus. Sed apud Vicarium nulla recusatio valuit, quin domum suam perduceret, tamque honorificè liberalitèrque tractaret, quam si Episcopus ipsum fuisset accepturus. Ibi tum Vicarius de nostræ Societatis, atque ordinis moribus, institutis, ac professione diligenter edocetur: imprimisque illud cognoscit, nos quæ à nostræ vitæ ratione non abhorrent: humanitatis, ac pietatis officia, gratis omnia præstare, nec vllum omnino premium à quoquam, vel mercedè recipere consueuisse, idque summa constantia, & seueritate seruare. Præfectus in valetudinario nobis extrui, ac parari iussit habitationem, quæ superiorem contiginationem apertam haberet. Hic enim in tectis domorum, quæ plana sunt, sub die æstate dormitur. Auentu nostro tanta hominum diuersæ fortis, atque ordinis multitudo ad nos cõfluebat, vt à summo manè ad intempestam vsq; noctem nullum nobis spacium ad cibum capendum, vel respirandum daretur: cum multi per sacram confessionem expiarentur: quidam de suis rebus consilium peterent. Postero die qui Domini-

nicu

Populi hu-  
ius erga  
P. spiritales  
pium  
affectum  
notent te-  
pidi Chri-  
stiani.

nus fuit, concio habita est in tanta populi frequentia, quantum pro breuitate temporis, quo illorum salutè operamur, vix sperare licebat. Qui quidem populus ad voces concionantis subita religione commotus, animi sensum lachrymis etiam contestatus est. Neque verò in alijs deinceps concionibus misericors Dominus minores motus auditorum animis attulit. Eorum enim, qui nos confitendi causa conueniebant, numerus erat tantus: vt dies noctesque prius deficerent, quam omnibus satisfieri posset. Cunctus denique populus religionis ardore successus videbatur: sed tacere nõ possum, quin aliqua sigillatim referam, cum sciam me ad fratres in Christo mihi charissimos scribere, qui eò libentius hæc legent, vel audient, quò studiosius, & acacrius in diuinis quam humanis rebus, & in Christianis, religiosisque, quam in mūdanicis, ethnicis, atq; prophanis negotijs, munijsq; versantur. In horum igitur hominum mores, vitamque diligentius, & accuratius inquirere aggressus: cognoui à veritatis via longissime omnes ferè aberrantes, in certissimam animorum perniciem, & sempiternum interitum præcipientes agi. Quæ res mihi acerbissimi doloris, & luctus est causa.

Huic tamen malo non leue remedium attulisse asiduz conciones videntur, per quas eò minus difficile fuit huiusmodi homines à vitio ad virtutem reuocare, quòd ignorance magis, quam animi prauitate delinquerent. Nullum enim concionatorè vnquam habuerant: & quod est grauius, Christianis tanta cum Mauris, Turcis, Iudæis consuetudo, atque familiaritas intercedebat, vt etiam simul accumberent: illud verò indignissimum: multi Christianorum filij, quod

matres

Vitijs om-  
nia plena.



matres haberent Mauras, Maurico ritu, & superstitione imbuebantur. Hæc cōsuetudo, cū & concionibus quanta fieri poterat verborum gravitate omnem docerent inferre fidei dissolutionem: ac idcirco summa animi, vocisq; damnaretur contentione: factum est vt Christiani æque ac Barbari tibi metuere inciperent: ita vt ab eo, quod antea libere, atque impudenter suscipere, periceretque non dubitabant, nunc maximè detentantur: neque palam vt prius, audeant quenquam Mauricis, aut Ethnicis sacris initiare. Multi sua peccata Christiano more confitentes, suscepta maculas dolore, gemitu, lachrymis, poenis denique quas in oculis omnium penderent, eluebant. Neque enim defuerunt, qui Dominici, ac festis diebus ad fores templi, vt sit, loris se verberarent. Id factum multitudinem vehementer commouit, quosdam etiam ad imitandum nō modo secretò, atque intra parietes priuatos incitauit, verum etiam veræ poenitentia fructus ad publicè eiusmodi spectaculum multos protraxit. Vnus præter cæteros odio sui incensus, & animo feruens, cœpit precibus à me contendere, vt sibi liceret Dominico die templum aperto capite perambulâdo sese verberare, & à populo suorum ratorum, & delictorū veniâ petere, postulareq; vt pro salute sua Domino supplicaret. Huiusmodi verò in seipsum seueritate, & corporis diuerberatione, singularem animi quietem, solatiumque à Deo est consequutus. Iam quanta & quam iniqua in hac ciuitate vigeant fœnora, dici vix potest. Nam tantum abest, vt hi homines aut pudore vllò, aut metu à tanta improbitate reuocentur: vt omnes fraudes, fallaciâsq; ad circumueniendū, lucrumque quo iure quâq; iniuria augē-

*Poenitentiæ  
admiratiōe  
digna.*

dum concipiant, & admittant. Equidē eūm istorum artem, & malitiam quibusdam quasi vestigijs indagastem, & putaretque omnes iam fœneratorum dolos deprehēdisse: ecce tibi quotidie nouas adhuc circumscribendi, prædandiq; rationes reperi. Omnis enim illorū inter Mauros quæstus in grandi, & iniquissima fœneratione consistit, eoq; tantū viuūt: cū fœneratio eiusmodi sit, vt qui fœneratur decē, verbi gratia, nummos aureos, eius pecuniæ annua vsura illi annuū quoq; victū suppeditet, & fors nihilominus salua semper, & integra maneat. Hac ego consuetudine cognita, statim singulis sabbatis in auaritiæ vituperationē verba ad populum facere. Quibus concionibus, Deo propitio, & adiuuante, perfectum est, vt fœneratores, qui antea in Bazarum (sic vocant locum, quo ad negotia cōeunt) bene mane ad cōtrahendum, vsurasque agitandas conueniebant, nunc mutata voluntate primum omnium templū adeant, rei que diuinæ intersint: tum deinde Bazarum petant non iam quoquo modo fœnerandi, sed de iustæ atque iniustæ fœnerationis generibus disputandi causa, & deliberandi, qua ratione ab iis vinculis expedire se possint, vt doctrinarum studiosi, & scholastici disputatores videantur. Quocirca in tanto apud eos odio fœneratio esse iam cœpit, vt indies magis, magisq; ab omnibus, vt alia etiā nonnulla vitia, respuat, ac fugiatur. Deniq; (Christo gratia) videtur est morum quotidianam in melius mutationem. Male parta, maleq; ablata multi tam Mauri, cæteri q; infideles, quam Christiani restituerūt: itaque fit vt Barbari Christianorum iustitiam, ac quitatemque magnoperè admirentur.

*Mercatorū  
disputa  
tiones de  
iustitia.*

His exēplis mercatores aliquot permoti sunt, quorum

*Mercatori  
bus imitan  
da exēpla.*

*Insignis re  
stitutio, &  
sui abnega  
tio.*

*Septē mil  
lium ducar  
tarum elec  
tiosyna.*

*Aliud exi  
mium exē  
plum patri  
centis.*

quorum vnus cum me in aegrotorum confessio  
nibus audiendis semper occupatum, integris, &  
sanis operam dare non posse intelligeret: mor  
bum simulauit, vt confessurum iuuiresem. Alter  
eiusdē rei gratia, me summis precibus ad se ac  
ceritum, vbi vidit, ad genua accidens: en Pater,  
inquit, in tua potestate hinc quidem tot millia  
num: mūm aureorum, fortunāsque omnes, domos,  
naues, seruitia, & denique ipsum corpus: hinc ve  
rō animam pono, obsecrans te, atque obtectans,  
vt ad eius salutem quibuscunque modis, ac ratio  
nibus videbitur, quarendam, tuendamque mihi  
sis adiuncto: atque idcirco de facultatibus meis,  
vt lubet, statuas, cuique quod suum est, reddas.  
Id si parum est, corpus poenas leat, & iustis fati  
gatum, afflictum, vexatum laboribus, incom  
modis, cruciatibus satisfaciatur. Malo enim inopia,  
& egestatem perpeti, quam diuina sententia ca  
demaatus supplicij sempiternis addici. Tam  
egregium viri huius exemplum multi sequuti, al  
terum tantum amplius quam inique lucrati erāt,  
Christo reddebant: professi se nūquam antea sua  
delicta sacerdoti, vt assoler, detexisse. Hęc pecu  
nia, reliquaq; eleemosynę nomine collata sum  
mam plus septem millium, & ducentorum num  
mūm aureorum efficitur: qua egenorum homi  
num inopia multum leuata est: domus puellis  
orphanis comparata: xenodochium, quod mis  
ericordię dicitur, instauratum, neophitorum po  
stremo res, & causa recreata. Quidā alius admo  
dum copiosus, & diues me orabat, & per Christū  
obsecrabat, vt suę rei familiaris curationem dis  
pensationemque susciperem, domumque totam  
administrarem, cum nihil se nisi ex meo factū  
consilio confirmaret, Id ego cum quā si loco di  
ctum

cum riderem: ille quōd repulsam pati videtur,  
aut forte contemni, permolestē ferebat. Itaque  
coactus sui domesticas hominis tabulas, codi  
cēmus accipere, eique certam rationem vitę pre  
scribere, quam ille diligentissimē seruat, nec a meo  
consilio audet transuersum (quod aiunt) vnguem  
discedere. Et quia locupletissimus est, & huius ci  
uitatis primarius, non parua sanē suscepti mune  
ris occupatione distineor. Et quamuis nullū non  
moueam lapidem, vt me ab huiusmodi extrica  
re possim negocijs, tamen & hic vir cū quodam  
alio septuagenario (licet & me videant hominē  
peccatrice circūdatum carne) vsq; adeo me a suis  
non vult absoluerē negocijs, rationibusque, vt  
cum me in Chinam, quę in extrema est India,  
profecturum minor, sibi cum vxore & liberis,  
quocunque terrarum abeam, vel in certam sequi  
mortem constitutum esse adseueret. Septuagena  
rius etiam ille (de quo dixi) ne latum culmum a  
latere meo diuellitur, & si quando me cuiuspiā  
contingat ingredi domum, pro foribus dum ex  
eam operitur, vxoris, & liberorum oblitus: tan  
toque Christi amore, & exercendę patientię stu  
dio flagrat, vt ob eam causam dicat in Chinam  
mecum se nauigare velle, vbi martyrij palmam  
adipiscatur. Quapropter vereor, ne hinc abicu  
rus, illi, vt domi suę cum familia maneat, persua  
dere non possim. Huius propositum quidam alij  
sic imitantur, vt antiquam illam nascēntis Eccle  
się speciem mihi referre videantur.

Mauri, Ethnicique omnes admiratione obstu  
pescati, vilem me alioqui hominem, & enor  
mem peccatorem summis audent viris æquare,  
dum me sua lingua magnum sacerdotem Lusit  
anum, Zacharię filium D. Ioannem Baptistam

*Eccē reli  
quimus om  
nia, & se  
quenti su  
mum te.*

appellant, & eiusmodi viros tres tantum inueniri prædicant. Multi relinquere Deorum cultum, atque ad Christianam religionem se transferre cupiunt. Infideles à potentioribus oppressi ad nostram auctoritatem confugiunt, qua illis subueniamus, & ablata reddenda curemus. Tanta est illius gentis de fide nostra opinio, tantâque societatem cum benevolentia, tum obseruantia. Iudæi cum etiâ suis legibus omne foras cautum interdicitumque intelligant, ac fateantur: paulatim iam id iniquitatis in dissiuetudine abire videtur. Porro Ethnici ut sunt optimè affecti erga religionem Christianorum, etiam me in insulam venisse sibi persuadent, ut ipsis naturæ legem plinius explicarem. Tanto certè tenentur discendi studio, virtutumque profectu, ut non dubitent asseuerare, ad Christianorum abitum omnibus malis coopertam iri quæ certissimè egregiè florentem: Christiana fide ciuitatem.

Multis claris, & honestis viris, quibusdam etiam Ecclesiasticis, & religiosis spiritualia exercitia (quæ vocamus) & quorum est usus in nostra Societate per magnus, & frequens, nec minor, imò nullo redimendus auro fructus ijs qui rite, atque syncerè ea obiunt, nunc tradere cogito, paroque. Interim antiquus hostis compluribus persuadere non desistebat, ut sacram confessione in mei discessus tempus differret. Id ego subodoratus, de di operam, ut quòd consultò subire fugiebant, primo quoque tempore perficerent. Vnus præter cæteros mihi confessus dum media circiter nocte poenam delictis à me irrogaram perfoluit, repente videt feles, murescque, & alias bestias colore atras, ad spectuq; terribiles tam multas, ut totum occupare cubiculum viderentur: quo ille

vifo

vifo, perterrefactus timere cœpit, ne viuus à bestijs abriperetur. Anxius & trepidus ancipiti metu, accurrit ad Domini nostri imaginem, magna voce opem implorans: qua re omnes animalium species confestim euanuerunt tanto cum impetu, strepitu, ac fragore, ut domum ruerè crederes. Ille integer, & intactus, ac periculo liberatus diuinum præsidium cognouit, & ex in vir bonus, ac religiosus euasit. Alius quidam, qui iam diu confestario usus non erat, meum cõspectum, occursumque summo studio fugiebat. In eum fortè cum aliquando haud ab ipso agnitus incidissem, cœpissimque ad confessionem adhortari: dixit optare se potius aduersus exercitum hostium conflagrare, etiam cum certissimo necis discrimine, quàm mecum, quem supra modum timeret, vel semel colloqui. Paucis diebus in Indiam soluens, subitò morbo corripitur, quare ommissa nauigatione in terrâ reuertitur metu mortis, quam illi Deus minabatur, qui metus ita consternebat hominis animum, ut cum bombardarum tonitrua exaudiebat, ijs se peti existimaret. His rebus somnoperè commotus ad nos venit: orans ut suam confessione audiremus, per quam sese expiaret, salutemque à Domino impetraret. Hic concubinam, quam domi habebat, exclusit. Idem alij cõplures faciunt, qui signis quibusdam à Deo excitati, atque admoniti, animum ad confessionem adiiciunt. Neque enim profectò vulgari, & vilitate more Dominus noster hos homines sedit: sed nouam rationem, atque artem adhibere ad animos tam duos, ac barbaros molliendos, & mitigandos videtur.

Sacerdos quidam, qui nullis Episcopi cohortationibus, monitis, minis adduci vnquam potuit,

C ij

vt con-

*Oratio ante imaginem Domini de moni præstigijs ar-*  
*cet.*

vt concubinas duas, ex cuius susceperat liberos, dimitteret: eam id sceleris aique flagitii, cui erat ille implicatus, ad quædam modo quædam eminet audiebat, graui ego pro eo ac debebam, vituperatione reprehendem ac detestari indolui admodum curæ, non tamen te conueni. Et quis speciem quædam familiaritatis necum præ se ferbat: quibuscumque poterat modis nitentur efficere, ne ego ea de te mentionem amplius facerem. Hac de cause mihi sæpe iurata mittebat. Si quando vero me deorum ad prandiu, vel cenam inuocabat, vt suum officium, ac beneuolentiam vel simularer, ei declararet: auleis, & ramis carnatione ornabat. Impiis autē concubinas occultabat, ne ego viderem. Sed cum nihilominus id scirem, cuperemq; hominem ab ea turpitudine omnino abducere, concionē habui, qua clerū vniuersum eius probri accutabam, & arguebam: quæ accusationem ille totam contra se vnum institutam purauit. A concione igitur diuinitudo discederet, operiēs vnā cū aliquot eiusdem ordinis ac notæ hominibus: me animo irato atq; infesto aggreditur, iniuriamq; & contumeliam vltimū minatur. Hic ego etsi nullo eos verbo à me violatos intelligebā: vt tamen eorū iram & impetū frangerem, quasi culpam admisissimam despicans, non nihil eorum sedati sunt animi. Postero die cum nihilominus ad concionem audiendam cum cæteris conuenissem, tum deniq; animi motum, quem diuina vis excitauerat, lechrymis declarauit, mihiq; concionato ad pedes flens se proiecit, vtq; sibi hesternam iniuriam condonari, postulauit. Quæ omnia mori correccionem, vitæque mutationem pollicebatur, quod & facere quàm primum decreuit. Vult enim

enim & concubinas honestè collocare (quod homini diuiti, & pecunioso difficile non erit) & contractas peccatorum sordes omni studio, ac ratione eluere. Huius exemplo commoti cæteri, sortita, quorum domestica consuetudine abuteretur, aut in matrimonium ducebant, aut cum dote dimittebant, aut alio qui (si ipsi mariti essent) eijciebant. E populo præterea multos anathematis vinculo constructos offendi, qui metalla, vitrum, aliaque vetita ad Mauros importassent, etsi nonnulli id religionis ignoratione fecissent. Quapropter magno vsui fuit Episcopalis potestas mihi permissa, & facultas sacris illis vinculis exoluendi, quorum solutio excepta, & Pontifici Max. reseruata est. Vnus Episcopus omnibus prouidere non poterat, & sacerdotes vt erant diuinarum rerum, & sacræ disciplinæ ignari, anathematis nexu, quotquot se obtulissent, sine vlla dubitatione soluebant. Reperi in hac ciuitate permultos, qui alienas fortunas sub hasta venderent, idque maxima cum fraude, plebisque incommodo, ac detrimento: plurimos etiam, qui simultates, & inimicitias gererent: passim verò, qui Deū, diuosq; impie accusarent, conuitijsq; profcinderent, quiq; nefaria scelera apertè, & palam perpetrarent, vt milites impiis, quorum insolentia, & audacia me magnoperè exercuit, torsitq; nā quæ vno die fuissent à nobis cōposita, ac in meliorem fidei normam, vitæque honestatem reduci illi momento temporis perturbabant, miscebantq; omnia. Semper ferè erāt cruenti eorū sanguine, quos aut occidissent, aut vulnerassent: & quos pacato: totiq; amantes complexissent, eos probro, atq; iniuria afficiebāt. Res tamen iā Deo iuuare melius iudicē habere incipiūt: quod mul

ti ex primoribus iniuriarum oblitū, in gratia cum inimicis redierūt, & alter alterum in templi aditu complexi, veniam inuicem petierūt. Id ut mirarentur, quibusdā alijs persuadere non potuit, qui à me per Christū appellati, & rogati, vt idem facerent, dicebāt Christū fuisse Deum, se autē homines esse, & iniurias vlcis: damnatosque ad inferos detrudi malle, quā inimicis inultis & impunitis in cœlestem ciuitatem adsciri, atque in beatorum collegium cooptari. Vrbis demum legibus, rectore, ac magistratu videbatur caret: tantus erat eorū hominum numerus, qui Dei, diuorumque nomen maledictis infectarentur. Ingens erat maritorū numerus duas tresue cōcubinas habentiū, neque eorum minor, qui aperte cū mulieribus Mauris, Indæis, Ethnicisque conuiscerent, quique aliena sectarentur cubilia, qui furis sese tolerant, qui dolis, & insidijs alios circumueniunt, qui mercede conducti homines interficerent. Maior denique ciuium, & incolarum pars ita vivebat, vt à nullo peccato, & scelere abhorretet. Hæc vbi animaduertissent quidam, Præfectū arcis pluribus verbis admonuere, & obsecrarent, daret operam, vt eiusmodi homines, & punirentur, & in exilium pellerentur. Ille propter eorum multitudinem nullo id modo fieri posse aiebat: proinde optandum & à Deo petendū, vt & illis meliorem det mentem, & alios, qui tales non sunt, tueatur, atque conseruet.

Labores, qui se principio mihi offerebant, ut ac tanti erant, vt vnde potissimum initium agendi sumerem, planē nescirem: peccatorū me confessiones imprimis audirem: an concionarer: an reis, vincis que prospicerem: an lites, controuersiasque sedarem: an inimicitias, & similitates er-

tingerem

tingerem: an adulteros, impurosque homines ad honestatem vitæ traducerem: an denique res alias agerem, quæ non minorem operam, atque operam postulabant. Illud hoc loco tacitus nō preteribo, Societatem nostram exstimatione, fama que probitatis, & integritatis ab incolis sic obseruari, & honorari, vt equidē, quod ad me attinet, cum me ipse considero, meimet valde pœniteat, pudeatque. Fœminæ vbi cunq; in nos incidiissent, ad genua procumbebant, manus, ac vestes propter opinionē sanctitatis osculaturæ. Viri autem frequenti occurſu nos tam multi salutabant, honorēque afficiebant, vt nobis aperto capite necesse esset incedere. Ad hæc tam Mauræ, quæ Christianæ mulieres audito sonitu tintinnabuli, quo vicatim circumeuntes populum ad res diuinas, sacrasque conciones vocamus, ilicō ad fenestras accurrebant, & nostram egestatem, quā vilis, crassus, detritusque amictus ostendebat, cum admiratione, quidam etiam cum miseratione, ac lachrymis intuebantur. Ad conciones ij concursus fiebat, vt parasæcæ, siue sexta feria hebdomadis sanctæ semper agi videretur. Ea ferè est hominum sententia, & oratio, Societatem nostram à Deo esse institutam, & Christianæ Reipublicæ datam: nec ab similem institutis ac moribus ipsis Christianæ religionis primordijs, eamque ad Christi cultum instaurandam, propagandum que missam, cum: nostra præcepta, & monita doctrinam Apostolorum à Sancto infusam spiritu referat, & antiquam illam orthodoxæ fidei disciplinam redolent. Nos denique Sanctorum numero habent. Atque hæc quidem opinio tam vulgaris est, & peruagata, vt neque Præfectus, neque Prætor, neque alius quiuis magistratus, eorūque ministri, aut vir

*Nemo arbi-  
tretur has  
laudes suis  
attribuere,  
sed opinio-  
nem ho-  
rum admi-  
randā sane  
proponit.*

C iiii

alioqui

alioqui autoritate aliqua præstans, neque ipse demum populus quicquam vel statuere, vel agere sine consilio nostro soleat: quod ubi acceperit, diligenter exequitur. Faxit Deus Opt. Max. ut eadem opinio, & illis salutaris, & nobis ad virtutem sit stimulus, quo concitati tam honestam existimationem non modò tueri, verum etiam Christo fauente indies magis augere possimus.

Mauri nostræ religionis ritus aliquot imitantes suum sanum lugubri lamentatione complere, & funebria iusta suis mortuis persolvere nunc primum cœpere, postquam ego per oppidum noctu tintinnabulū pulsando incolas Christianos christianorum manium admonere, eorumque soleo expiationem curare. Sed & aquæ lustralis usum à nobis sunt mutuati. Ne autem dissoluti, ac perditii homines suorum vitiorum contagione ceteros inficerent, atque contaminarent: necessarium mihi faciendum putavi, ut acrem me, atque feuerum ostenderem. In concione igitur metum illis injicere studui, à Deo precans, ut que illi charissima haberent, ea potissimum perderet, ipsosque aut corporis, aut famæ, aliorumque fortunæ bonorum diminutione pro suæ animæ incolumitate, & salute multaret. Iuxta illud: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Qua imprecatione, seu verius imploratione perterriti, & cōsternati: mecum expostulabāt, & quærebantur. Sed cum eius facti causam demonstrarem, statim acquiescebant. Per id tempus obortum est bellum in Perfide, quo bello Monaion huius regni castrum fraude, ac prodicione captum, amissumque est. Ad illud recipiendum missæ sunt primum duæ Lusitanorum pedum, qui hic morabantur, centuriæ, deinde duæ alteræ

cum

cū præfecto Mauro, & quingētis præterea militibus: ex quibus Christianos ante discessum admonui, hortatusque sum vehementer, ut religiosæ confessionis purificatione lustrati proficiscerentur: sed ex tanto numero meis monitis nō plures viginti paruerunt. Quamobrem cūm Pantaleo Sannius illorum ductor, & Indiæ Præfecti propinquus, me ut sibi benedicerem, beneque precarer (ut fit) adijisset, ei malum, quod timebam, & quod postea euenit, prædixi. Cūm enim castrum obsiderent, pestifera quædam febris subito coorta ex eis ad quadraginta quinque velut pecora strauit, atque consumpsit. In ipsa verò oppugnatione vulnerati sunt circiter centum: qui magna voce me inclamabant, peccatorum videlicet penitentia, & piacularis confessionis studio ducti. Qua de causa cūm reuerti etiam decreuissent, quamuis faucij, tamen ingenti desyderio consistendi venerunt, rati haud aliter se castro potituros. Ex omni numero circiter centum Ormutij postea interierunt, ad me veniebant cum lachrymis orantes, ut ipso rum confessiones audirem: quo factò, mortem æquo, & libenti animo essent obituri. Hic vos cum vestris animis cogitate, quo dolore angar, cūm tot Christianos mihi ad pedes procidentes, opemque implorantes, & alios stentes, quosdam verò morientes aspicerem. In his angustijs, quoniam nihil aliud præstare poteram, singulos complexus, rogabam uti ciuiritatis sacerdotes, quos quinque esse constabat, adirent: sed cūm id facere omnino recusarent, illis morem gerere sum coactus. Itaque cœpi illis primum, qui in maiori vitæ periculo versabantur, dare operam ita, ut ne nocturnum quidem tempus mihi ad quietem relinquerem: neque ab hoc instituto per vnum mensēme discedebam,

*Vtinā non etiā hodie inquinata conscientia pugnaretur aduersus Turcas.*

*Pura mens animosa est, impura timida.*

debam, quamvis à Præfecto, alijsque nobilibus viris accercheret.

Eius autem expeditionis, & obsidionis eventum felicè assidue à Deo precibus, sacrificijsque exposcere non desistebamus. Nam post copiarum profectam curavi circiter decimam horam insequentis noctis solènes supplicationes à meis discipulis, hoc est, pueris, seruitijsque, & civitatis neophitis fieri: ex quibus ad quinquaginta sacerdotibus funalibus cæreis, in linteis sacerdotalibus tunicis procedebant. Hoc ordine ad Deiparæ sanum, quod ab oppido quingentis passibus distat, peruenimus. Sequeretur nudis pedibus multitudo quam maxima. Cum autem sublaro & iterato ad Deū clamore misericordia efflagitaretur: ita commoti sunt omnium animi, ut nemo esset, quin vim lachrymarum profunderet. Exinde concionem habui. Huiusmodi supplicationes sæpius factæ sunt, per quas impetrato diuino præsidio, & pace, contigit: ut castrum, quod armis per superbiam recipi nequiverat, sine vi æquis conditionibus redderetur. His ita gestis, ægros ego, fauciosque meo perpetuo more inuisitabam, & aliquo serè escæ genere reficiebam. Næ eorum ciborum, qui ex saccharo cõficiuntur, quique ægrotis cõparari solent, maxima est semper apud me copia, quam amicorū, & piorum hominū liberalitas, studiumque suppeditat. Elaboravi etiam summo perè, ut ægris militibus stipendia ad curationem valetudinis persoluerentur, qui ei obsidioni interfuerunt: & hi tantam erga me benevolentiam, & obseruantiam ostenderunt, ut cum illis iuxta lectū assiderem, manu comprehensum me, ne à se discederè, retinerent. Vnus iam mori

proxi-

proximus repente de media circiter nocte surrexit. arreptoque ensè iam sese erat transfixurus, nisi cõtinuò nos accurrentes prohibuissimus. Tū ille cum inuitum seruassim, atque idem occidenti fecesse videret, in me conuersus, fauces adeo mihi interstringere cõpit, ut tantum non strangueret. Quod cum cæteri ægroti viderent: exclamare, ut mihi subueniretur, propterea quod ipsi se è lecto commouere non poterant. Videbatur diabolus ea ratione mihi necem afferre voluisset: verum Christus, qui longè plus illo potest, polletque, id vetuit, meque propitiū respexit, atque seruauit. Idem hostis concordia, & omnium bonorum, ne à sua inueterata recederet cõsuetudine, miscere omnia non desinebat. Etenim sacerdotes huius vrbs, cum cõsentientium ad me concursum fieri, cæteraque humanitatis, religionisque officia à nobis præstari animaduertent: dolere, & mecum expostulare, querique, quod à sacris confessionibus essem subiecto ipsis populo, nec se in eius mueris partem aduocarem, qui suam alioqui operam, industriamque ad omnia non minus studiosè, atque officiosè, quam etiam libèter obtulissent. Ad hæc non id respondi, eorū declinans inuidiam, quod verè potuissim, neque causam declaravi, cur illi homines eos reliquissent, mallentque nec sacramentali confessione expiati, nec S. Eucharistia viatico instructi decedere, quam ipsis confiteri: Sed Deus, qui ut sileant homines, tumetis aliquando tribuit sermonem, pro me respõdit. Nam cum ea de re inter se ipsi cõsultarent: reperiebant totius facti rationem aliã esse non posse, quam Dei Optimi Max. nutum & voluntatem. Id ergo illi cum iam intelligerent, nec amplius obicurarum posse confiderent,

cum

cum res loqueretur ipsa: se ad lenitatem dabant, meque ut antea diligebant, & obseruabant. In ea castris obsidione, cuius supra memini, Centurio, qui tres concubinas perpetuo secum ducebat, qui que diuorum contemptor erat, & in Deum blasphemus, repentina morte periit: quo expirante tanta ventorum, imbrium, ac grandinis subitò vis extitit, durauitque ad horæ dimidium, & eò amplius: ut cum in maxima tempestate, & obscuritate nemo alterum videret, mundi occasum, atque interitum inspicere omnes existimaret. Non dubium fuit, quin ea res acciderit, ut scelerati, & detestandi Centurionis se dignus exitus comprobaretur, & anima impia inferis sacrata, & stygij sedita carnificibus declararetur. Huius generis possem per multa scribere, nisi occupationes graues, & continuæ prohiberent. Difficile dictum est, quantum hi Christiani poenitentiae sacramento iam tribuant, quantumque in eo spem habeant. Id certè per poenitentiam maior indies ad confessionem cum ingenti studio, & peccatorum odio concursus ex illius multiplici vi, effectaque excitatus designat. Nonnulli enim ita grauius ægri, ut Medici diffident: simulatque sua errata sacerdoti confessi essent, cõualecebant. Alij item multi ex varijs morbis eodem medicinae præsidio recreabantur.

Nunc demum apparet vim huius Sacramenti Ormutinis incolis hæcenus fuisse ignotâ, idque ob deprauatam non confitendi multis annis cõsuetudinem, Imò si quis erat, qui post diurnam desuetudinem confiteretur, vel Eucharistiam sumeret: is tanquã fatuus, aut insanus palam ridebatur. Nunc verò (Christi gratia) & rationibus, & precibus effectum est, ut lingulis hebdomadis

madis confiteantur, & de minicis, reliquisque festis dictus cœlesti parte reficiantur; ut mihi quidem Conimbricæ iam esse videar, vbi Sabbatis innumerabilis propè confitentium. De minicis ad sacrosanctam synaxin accedentium frequentia cernitur. Egregium religionis specimẽ, & exemplum Praefectus præbet, dum octauo quoque die confitetur. Et quauis multis, ac magnis negocijs semper distineatur: voluit tamẽ nihilominus totius anteaetæ vitæ peccata sacerdoti detegere. Quare factus est admodum pius, & in pauperes liberalis. Et praefectò est cum omnium testimonio perhumanus, & probus, tum nostræ Societatis adeo studiosus; ut valde auerit eius iuuandæ sibi dari occasionẽ. Cùm nostrorum conatuũ successum, laborum fructum in hac vrbè considero, in eam adducor sententiam; ut putem nusquam perfectionem meam vtiliorem, quàm ad Ormutium futuram fuisse. Pro qua re laus tribuatur, & gratiæ agantur Deo Opt. Max. qui nobis sicut vires hæcenus ad agendum dedit; ita deinceps in sui cultus incrementum ad perseuerandum constantiam largiatur. Christianos, qui hic incolunt, antehac in cõcionibus illachrymari, & de cruce, ac morte Iesu Christi Domini & Dei nostri cõ infidelibus colloqui, pudor quidem subrusticus, & ingratus vetabat. Duces militares, arciumque, & oppidorum praefecti, ac prophani magistratus. curationem templorum præcipuorum, atque administrationem sibi usurparunt. Hi sacerdotes iniuria afficere, insigni pietate & doctrina perspicuos Antistites flocci non facere, sacra fercula, & vexilla Christi conscindere, Episcopos cõmmirationes, aut diras execrationes, seu excommunicationes contemnere: nunc autem contra Antistites, ac sacerdotas,

*Octauo quoque die Praefectus confitetur.*

*Pudor bene agendi in antiquis Christi anis, usurpataque in clericum potestas.*

*Impij Centurionis mors prodigiosa.*

*Poenitentiae quantum tribuatur.*



cerdotes, secundum eum, quo quisque in Ecclesia Dei constitutus est, ordinē, ac quam administrat functionem reuerentur, & obseruant. Prasbyteri egregiam præ se ferunt religionem, suamq; retinent auctoritatem. neque caeremonias, solennēque ritus statim diebus, vel horis (vt decet) omittunt. Sabbatis omnibus ad delubriū Deiparæ extra urbem supplicationes agūt, quibus cum ego vnā pedibus nudis procedo, litaniz a cūctis magna animi deuotione pro salute populi cōcinitur. Quibus hic distineor muneribus, hæc ferē sunt: Dominicis mane cōcionor ad populum, alijs diebus à meridie vicos plateasq; circūiens, seruos, seruasque & nouos Christianos, puerosq; nola in templū cōuoco: quō vbi plerique omnes conuenerunt, cōcione (quæ primo loco habetur) finita, doctrinæ Christianæ ilicō subiungitur explicatio, quæ annuo (vt spero) finietur tempore. Ad hanc fidei doctrinam percipiendam præter eam (quam dixi) euocaram turba alij tam multi conueniunt: vt templum omnes interdum nō capiat. Doceo non modō Symbolū Apostolicū, sed etiam orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, aliaque pijs precationes, quas interdum, noctuq; ita per urbē cantitant, vt nihil penē aliud tota didicerit urbs resonare. Iurare peperam, & rixari desierūt, sicut ex ijs cognoui, quibus negotiū dederam, vt illos cōtineant, & delinquentes ad me deferant. Pueri sæpe cum Mauris disputant, & saluum esse neminem posse, nisi sacro fonte ablutum ostendunt: parentum præterea vt etiam serui dominorum, errorem & superstitionem, tyronesque Christiani aliquorum veteranorum peccata coarguunt, atque conuincunt. Mauri quoque perinde quasi Christiani forent

*Exercitia  
pia, quibus  
populus cō  
uertitur.*

*Castellena  
uorum  
Christiano  
rum e do  
ctrina chri  
stiana.  
Syndici in  
uoua eccle  
sia, quod o  
lim Aposto  
los obser  
uasse testa  
tur Cle  
mens.*

forent, eandem cantionem vsurpant, vtriusque ex ipsis nuper Christi cultum recepit. Armeni confessionis ad me gratia vertunt, viros, ac mulieres primarias etiam inter se dissidentes ad cōcordiam sic reducere studeo, vt in templo spectante populo se mutuo complectantur, veniamque exposcant.

Die Lunæ, quem Ethnici in honore habent, cum ipsis versor, inter quos est genus hominum, qui loqui, hoc est, Eremitæ sancti nominantur. In cæcis hi specuum tenebris degunt, cuiusmodi aliquos in hac Insula vidi. Vnum principem, ac præfectum agnoscunt, cui omnes obediunt: cinere sese conspergunt: abstinentiam, paupertatem, castitatemque imprimis colūt, quōd ijs tribus maximè virtutibus hominem Dei conspectu dignum fieri putant, & asseuerant. Egregiè philosophantur, & sanctissimam Trinitatē confitentur, patrique potentiam, filio sapientiam, Spiritui sancto tribuunt bonitatem: ac Deo certa quædam nomina, quæ omnia hæc complectuntur, imponunt. Sunt ipsi perquam mansueti, modestique, & humiles. Si quem fortè animaduertint volucris, aut quadrupedi cuiuslibet insidiari, aut mortem intentare: omnino prohibent, maluntque præsentis precio illorum animantiū vitā redimere, pulicis etiam si in his terris id genus animal nasceretur, quàm de vita periclitetur. Tales autem superstitiones seruant sanè per multas: eorum omnium iam ferè ad Christianam fidem inclinantur animi, sed suæ sectæ principem, & præfectum ex Arabia felici expectant, quō ad visendos reliquos Anachoretas inibi incoleres pergere quæant: is vbi redierit, quicquid statuet, aut suadebit, id se facturos recipiunt.

Interca

*Mauri do  
ctrinā chri  
stianā can  
tillant.  
Armeni.*

*Iogui sua  
heremita.  
Gentilium  
obediētia.  
Abstinentia  
Paupertas  
Castitas.  
Trinitatē  
agnoscūt.*

*Animalia  
non occi  
dunt Pythæ  
goricorū  
more.*

*Precio vi  
tam brutorū  
redimunt.*

*Omnia omnibus fieri cupit.*

*Monachi et monacha gentiles Victorii uisitatio.*

*Opera uerbis prestat in conuertendis infidelibus. Virtus superat oia.*

Interea meam consuetudinem plurimum expetunt: quod meae uitae ratio cum ipsorum ritu, ac moribus uideatur magnoperè conuenire. Vespere ut nos Angelicæ salutationis, sic illi suarum precationum campana dant signum. Quae res eam mihi subministravit spem, ut optem suo ipsorum habitu, cum illis tantisper consuescere, dum ad Christi fidem traducantur, si meo moderatori, ac praefecto uideatur, quem perpensis, perspectisque omnibus haud ægre id permitturum opinor, cum ea sit ratio (quàm ego iudicio assequi possum) rei Christianæ amplificandæ commo dissima.

Etenim hi Eremitæ apud Barbaras gentes conclamationes agunt, sicutque in magno honore propter egregiam sanctitatis opinionem. Horum opera, & autoritate, qua plurimum valent apud plebem, multi ad Christi religionem conuenterentur. Aiunt me, quòd albus sim, humaniter, & benignè ab Ethnicis tractatum iri: ego tamè pluribus negotijs impeditus, atque districtus, parum hactenus cum illis fui. Esse etiam multifaria apud eos Monachorum, Monacharumque collegia, atque familias audiui.

Martis, Mercurij, ac Iouis diebus eos, qui publicis in custodijs sunt, inuiso, & quoad eius fieri potest, iuuo iras & similitates etsi dirimo, lites cõpono, aliaque id genus officia exequor: omne tamen meum studium, industriamque necessitas superat. Die Veneris (quem festum esse Mauris diximus) cū Mauris ago. Id illis gratum esse vel ex eo intelligo, quòd ipsi (ut aiunt) nostra societatis à Deo diligè, custodiri que uideatur. Summè admirantur æquitatem Christianorum, qui pecuniã usuris, aut alioqui malis artibus partem sibi reddiderunt. Qua de causa fit ut & maximum mihi

mihî habeat honore, & in tanta barbarorũ, & infidelium multitudine interdum, nocturne uentum, in crebro occurſu noceat nemo, sed quilibet potius locũ det, cedatque. Hęc gens in magno pudore, ac marore nũc iacet: cum tempus in quod aliã legẽ Mahometes promiserat, præterisset iam uideat. Paupertatem nostram, quam in rebus omnibus retinemus, admodum & mirantur, & probant. Si quando per literas ab illis peto, ut alicui iniuriã ne faciant, neue incommo dent: mihi laud gratuè obsequuntur. Disputare mecum de religione nolunt, iuis ingenijs, doctrinãque diffusi, ueritãque ne in primo statim congressu coarquantur. Aliquando cum media nocte in suo essent fano, ac plurimis accensis illustraretur lampadibus, apprehensum me ad delubri fastigiũ humeris suis in altum sustulerunt, uestemque mihi oculabantur, dicebantque legem suam, ac religionem cū nostra esse breui conuenturam. Timendum erat, ne reprehensionum, quibus eos sæpe perstrinxeram, memores, me inde præcipitarent: sed beneuolentiã, quæ me profequuntur, author est Deus. Cum uno ex illis semel tantum disputationem institui, interprete viro honesto, & Persicæ linguę perito usus. In qua disputatione cum propositis à me argumentis respondere nõ posset, sanctissimam Trinitatem esse cõcessit. Quare mihi affirmanti, parum ab esse ipsum à Christi cultu: respondit librum sibi esse domi quem adferre cupiat, sententiã nimirum suã tuẽde causa, præcipueque de admirabili, diuinoque Christi Domini nostri D E I, atque hominis conceptu, ac generatione, quam prius negabat: cum Christum etsi ex spiritu Dei conceptum, tamen hominem solum fuisse assereret. Deiparam

*Tempus est lapsum esse quo alia legem expectabant docti Mauri*

*Dignus hic admiratio ne est Maurorum erga Christum nos zelus.*

*Trinitas fatetur Maurus.*

*Virginitas b. Vir-*

*græcis per-  
peram co-  
liant Mar-  
ri  
Dicitur no-  
stris uer-  
tibus.*

nam quidem perpetuo existisse virginem confi-  
trunt, inuoluntate de nostris diuis venerandis  
imaginibus nullis, aut picturis vtriusque; Chi-  
stus crucis supplicio necatum credunt. Ille ve-  
ro philosophus, cum ex ea disputatione conui-  
ctus recessisset: contulimus Regulam quendam  
de his matris in Persiam conuictam. Regula  
tibi hominem fractum, ac debilitatum asportat  
camelis ad interiora Persiæ partes remisit: quò  
longius ab omni facultate, ac necessitate disce-  
ptandi mecum, periculoque abesse insinuat, au-  
tem disputationis occasio illa faciat, quòd ego  
id agebam, ut eius uisio lectissima, prudentissi-  
maque fortuna, que tunc apud quendam mecum  
familiarem honeste, ac liberaliter habitabat, ad  
Christi religionem una cum filia traderetur:  
eaque ratione idem viro persuadere cogitabam.  
Quapropter me, ut uocem reciperet, adueni di-  
xi, me prius errorem quo verabatur, velle osten-  
dere, ea conditione, ut si ego religionis fuz  
quidem vanitatem, nostræ autem veritatem mi-  
nus probassem, suam ipse uxorem reduceret: si  
vero probassem, ille cum uxore, & filia ad no-  
stram religionem transfret. Accepta conditione,  
cepit utriusque nostrum suas rationes exponere,  
& ut supra commemori, hominem eo argumen-  
tando perduxit, vt sanctissimam Trinitatem esse  
fateretur. Ita victus discessit, relictis uxore, ac fi-  
lia, quas postea baptizavi tanta celebritate, ac  
pompa, quanta nemo ante Ormutij fuerat bap-  
tizatus. Ego, Præfectusque arcis eas deducebamus,  
comitabantur optimates, quos dein populus se-  
quebatur vniuersus. Tibicines, cætenque psalter  
antecedebant. Transiuimus ante Regis ædes, qui  
& ipse animam ad Christi cultum adiecit: sed ne rem  
omni-

omnino statuat, perficiatq; popularis cum dese-  
ditionis, ac seditionis metus, periculumque deter-  
ret. Sacro ergo baptismatis fonte delibutis ma-  
tri quidem Mariæ, filia verò Catharinæ nomen  
est inditum. Quas renūciatum est mihi amplif-  
simo loco natas, & genere à Sulthani Babylonici  
Regis aulicis oriundas esse principibus, qui à  
Molabente originem trahunt. Quas reliquerunt  
fortunas, plus minus quatuor millibus aureorum  
nummum æstimantur: ea pecunia, & pauperum  
aliquot ægertatem subleuauimus, & fraude cõpa-  
rata restitimus, quas deinde duobus Christianis,  
quorum alteri nomẽ est Ioannes Baptista Coimbri-  
censis bibliopola, nupti dedimus, cuique cu dote  
septingentorum aureorum. Mauri conuentum popu-  
li, pompamq; conspicati, cõcurrere omnes, vt sci-  
rent quid rei esset: attenteq; singula intuētibus  
maximã admirationẽ ritus ceremoniarum, honor-  
que initiãdis habitus afferebat, studiumq; (vt vi-  
detur) capeffendæ Christianæ religionis iniecit.  
Decreui ad Sulthanum de eius scetæ superstitione  
ac errore, deq; nostræ fidei sincero cultu ac veritate:  
perferbere, petereq; vt vel me ad se proficif-  
ci patiatur, vel ipse certum aliquod ad me huius rei  
causa mittat. Sabbatis (vt dixi) concionari de aua-  
ritia soleo, tum disputare cum Iudæis in eorum sy-  
nagogis, ex quibus nonnulli de sacro baptismate  
iam cogitare cœperunt: duo præter cæteros, iiq;  
magistri, siue (vt ipsi loquuntur) rabini, quorum  
alteri Salomoni, alteri Iosepho est nomen, am-  
bo me ad prandium aliquando vocauerunt, in quo  
complures alij rabini conuiuia intererant. Iui, &  
quò mihi sine vllis arbitris roganti omnes libe-  
rius responderent, iui solus: quauis Emanuel Li-  
mari militaris præfectus, aliiq; permulti, quòd à

*Sabbatis  
Iudæis cõ-  
sulitur.*

Rab<sup>in</sup> l<sup>a</sup>  
ptifina pe-  
tit.

veneno periculum esse dicebant, vt ab eorū con-  
uiujs abstinerem, me hortarentur Sed Dominus  
protector meus Licet autem illi quæ ad rem fa-  
cerent per pauca responderent : nostra tamen ad  
noctem producta est disputatio, quæ, quia præ-  
longa est, & mihi non vacat, in præsentia transli-  
tio. Interim aliqui fortasse baptismatis aquis per-  
fundentur, id quod iam fieri præcipiunt Rabinus  
Salomon concupiscit, assidue precibus coeleste  
lumen exposcens, quò diuinam voluntatem in-  
tueatur, atque cognoscat, et cernat, obtemperet.  
Vult idem filium suum à meo latere nunquam  
discedere. Ea disputatione hinc quidæ Iudæi  
mæteri mætere, & quid contra dicerent profors ne-  
scire: inde verò Christiani latari, animos enige-  
re, Deo gratias agere. Cæterum Rabini etsi in po-  
sterum diem se resurrectionem differre dixerunt:  
inter eos tamen ita conuenit, vt me tantum au-  
direrent, non autem responderent, nec contra dice-  
rent, sed suam inscitiam fatererentur. Quocirca Ra-  
binus Ioseph me adiit, obsecrauitq; per Deum,  
ne se suamque nationem exagitarem, suæq; im-  
primis existimationi parcerem, qui cum doctor  
esset, sacrarumque voluminum cognitionem, sci-  
entiamque se tenere profiteretur : tamen ne vni  
quidem defendere posset, probareque sententiæ  
vt mihi facile persuadeam, eum, & plerosq; alios  
Christi fidem recepturos esse. n. si Christiano iu-  
re quicquid facerant qua sissent, restituere co-  
gerentur. Idem cæteris Christianis, quibuscum  
loquebatur, dicebat: Alij item Iudæi me orabant,  
vt apud se prandere, aut cœnarem. Ego verò ea  
conditione recipiebam, si sæcula communia fore-  
rent, atque ab vsu Christiano non aliena: quod il-  
li non molestè ferebant, modò me conuiuia ha-  
berent.

Quid re-  
roreretur lu-  
das quo-  
minus fidẽ  
Christi am-  
plectatur.

bèrent. hæc illi dant nõ obscura suæ erga me be-  
nevolentie signa: nostriq; ordinis paupertatẽ ad-  
miracione, ac laudibus profequuntur, tæsti auari-  
tia nihilominus ( vt dixi ) quò minus Christiani  
fiant, impediuntur. Rabinus Salomõ, qui est apud  
suos eruditione facile princeps, & doctor, cum  
me aliquando cõuenisset, disputationem ingres-  
sus, hærebat, nec quid diceret satis habebat, quod  
antea etiam cum M. Francisco Malaccæ discipu-  
lanti accidisse cognoui.

Hoc tempore ita creuerunt quotidiani labores,  
qui mihi a Christianis imponebatur: vt & cibi, &  
somni capiendi facultatem negaret, ob eamque  
causam aut nauaquã, aut certe rarò esse cū Iudæis  
hæbat. Proximis tamen certibus quendam eius na-  
tionis hominẽ egrum in via ostendi, quẽ affirmã-  
tem se Christianum fieri velle, domũ nostrã ad-  
duxi. A mortuis gentis in nos non vulgaris est;  
opinio verò, quam de nostra Societate habent,  
tam præclara, vt in ipsorũ fortasse synagogis ve-  
tus testamentum interpretaturus sum, errores Iu-  
dæicæ sectæ demonstraturus, quando quidem eos  
haud alienos esse ad lumen fidei in animos ad-  
mittendũ, & cæremônias, ritusq; patrios repudiã-  
dos abiiciendosque animaduerto, quod & facere  
instituisse, postquam nos hic sumus, videntur. Iu-  
dæi cuiusdam filia Christi sacris initiata, eo ipso  
quod Christiana erat, à patre bona quæ ad se per-  
tinebant, extorquere non poterat: sed semel ego  
cum eo congressus, ac pauca cum illo verba cõ-  
mutans, dicto citius perfecit, suum vt filia redde-  
retur. Nuper quidam alius Iudæus mihi renuncia-  
uit, Rabinũ Salomonẽ suis discipulis, ecquid de  
quodã Societatis sentiret quærētib; respondisse:  
acutiore se hominẽ nouisse neminẽ, atq; cū do-

his quidem, & sapiētibus viris locutum permul-  
tis, neminem tamen illorum esse cum nostrā so-  
cietatis hominibus conferendum, qui tantum in  
dicendo polleant, vt qua vi & facultate cæteris  
præstent, eius effectricem non aliam causam ha-  
bere, quam diuinam benignitatem possint. Quā-  
obrem vbiunq; hunc vident, summopere hono-  
rant, atque obseruat: & si quādo à Christianis ve-  
xantur, iniuriamue accipiūt, nostrā auctoritatem  
inplorant. Cæterum cum campanula per vibem  
eo, minantur, & cōmouētur adeo, vt credi vir  
queat. Nec ethnici secus afficiuntur, qui præter  
cætera rogant, qui fieri possit, vt nostrā Societa-  
tis homines, quorū egregia in hac regione sit au-  
thoritas, atque existimatio, tam humiliter in om-  
nibus, demisseque, & abiectè se gerant?

Hec sunt charissimī in Christo fratres quæ Deo  
auxiliante in his Persidis, Arabiæq; confinij agi-  
tur. Multi huius ciuitatis primarij, & locupletes  
suos filios in nostrā societate adsciri exoptat: quod  
nō idē sit in plerisq; Europæ prouincijs, vbi parē-  
tes filiorū in religionē vota impia pietate deplo-  
rant, & lamētantur. Misi paucis ante diebus Gōi  
honoratum quendā, & clarū hominē, vt in colle-  
gio D. Pauli in nostrā societate eō facilius ascri-  
batur, quo firmiora iā Latine lingue iecerit fun-  
damēta, Alij præterea non pauci se nobis adiun-  
gere socios vellent: sed quoniā indocti sunt, & se  
penumerō non satis bene morati, nō perinde fi-  
cile admittuntur. Vir nobilis, qui erat nostro in-  
stituto aptissimus, & iā se votis obstrinxerat, nu-  
per est mortuus, magno sui desiderio relicto, ex-  
ploq; patientiæ, quam æger ostendit. Cum dico  
me vellem in Chinā nauigare, plurimī se vnā pro-  
fecturos, & quouis terrarum secuturos significat.

Cate.

Ceterum cum immenso terre marisq; distemus in-  
teruallo, etiā si nullas in reliquū tēpus à me lite-  
ras accipietis: meas nihilominus res sacrificijs, &  
precationibus apud Deū iuuare. Sine vestra etenī  
pietate, & charitate, quonā pacto mecū ageretur  
in his præsertim locis tā remotis, & abditis; inter  
adeo agrestes, & barbaras gentes, tātis curis, & la-  
boribus reū tam diuersarū, molestarū quoq; in-  
terdum, atq; etiā odiosarum? Quid? quod & ali-  
quandō cōtingeret, vt mulieres meam castitatem  
tentarent: quod liberos, quos essent ex me susce-  
pturæ, sanctos fore sperarent, & dicerent? Hoc à  
me ideico scribitur, vt diaboli artes, laqueos, in-  
sidiaque cernatis, à quibus vsque adeo nihil est  
securum: vt sub blanda, adlubescētēq; boni spe-  
cie angelicas planē subuertere nitatur virtutes.

Socium, & adiutorem hic alium non habeo,  
quam vnum adolescentem. Nam fratrem nostrū  
Raymundum Perciram, quoniam pro sua tenui  
valetudine grauissimos huius Insule calores fer-  
re non poterat, Goam remittere sum coactus.  
Mihī contrā euenire sentio. Quippe cum natura  
sim frigida, humidaq;, insula verō calida, & sic-  
ca: ne minimū quidē dolorē capitis, Christo gra-  
tia sum expertus. M. Franciscus (vt initio epi-  
stolę scripsi) obedientię vi, & virtute mihī man-  
dauit, ne triennio ex his locis discederē, nisi eius  
ex Iapania literis admoneret, etiā si socij, qui in  
Indię regionibus commorantur, contrariū signi-  
ficarent, aut expeterent. Idque ea de causā vide-  
licet imperauit, quod me mittere in Chinā decre-  
uisset, si aditu (vt sperat) aperiat. Quod si hoc  
triennio nec literę, nec nūcius ab illo venerit: mor-  
tuū existimare poterimus, atq; ita ego in Recto-  
ris Goani collegij ditionē, ac prefecturā cōcedā.

D iij

Si

Parentum  
erga filios  
impia pie-  
tas.

*Crudel: ne  
Etigal, un-  
de collige-  
re licet, q̄  
insaniūt, q̄  
sub Turcis  
q̄ Christianis  
regi'us  
malunt de-  
gere.*

*Apostata  
a fide.  
Ianzari.*

Si mea in manu fuisset: Ruffos, Appollonios, Armeniosque, petijsem, qui Persis finitimi sunt, & vestigal pensitat, non quidem ex tenae fructibus, aut similitudine, sed ex ipsis hominibus, natis: certum numerum. Hi (vt accepi) Christianorum valde mirantur ignauiam, qui bellum Turcis non inferant.

Multos hic ex varijs Europae provincijs, & regionis captiuos, ac seruos qui cultum Christi ciuiarunt, inuenio. Ex his, quos pessum ad Christianorum communionem, & pristinam religionem reuocare: cōtendo, impetrata illis à dominis libertate: nonnullos etiam ad Goarum collegium D. Pauli mitto. H. c. sunt praeterea Ianzari (q̄ o nomine apud Turcas praetoriani nobiles appellantur) Abissini ex regis Aethiopiae imperio, Graeci item nostrae religionis defectores, alijq; Christiani captiui, quibus pro vi illi saueo. Studeoq; vt ad Christianae fidei leges, ritusq; reuertantur Italum, quandam iuuenem viginti quatuor annos natū, cum Ormutiā venisset, ad me Iudaus mihi amicissimus adduxit; quem Turcarum Imperatori chaun Babylone aufugisse dicebat, quod ex ipsius postea oratione planius cognoui, cum apud me suā à Christi cultu defectionē cū lachrymis deploraret, Eum in Indiam, vt inde in Lusitanā nauigaret, dimisi, grauius dolentē, & flentē propraerea, quod in societatem admittere, quod exploratorē Turcarum suspicarer, noluissem. Ex pecunia, quae aut elemosynae, aut restitutionis nomine in hac vrbē à Christianis datur, collegium Societatis constitui haud difficulter posset, nisi adeo Barbarorum, incursionibus & tumultibus bellicis infestaremur, & vicinis vndique hostibus laboraremus, vt ne ad punctum quide temporis

vacare

vacare metu queamus: neque deessent, qui nostrae societati nomen darent, cum etiā nunc multissimi, qui a me recipi petant, & orent, vt eos preteream, quos iam in Indiam mihi, in alias acribensulos religionum familias. Nihil dico de Paenonibus, Armenijs, Ruissis, Appollonijs, Graecis, Abyssinis, Ianzarijs, Turcis, Mauris, quorum quotidie multi sacro fonte perlunant, De iis quae per nostros Dominus diuersis in locis gerit, summo perē lator, suaeque diuinae maiestati, quam maximas possum, ago gratias. Porro cum neq; scriptura indigna esse videantur, neque eos lufuros operam confidam, fratres in Christo charissimi, si ea vel aliud agentes perlegatis, quae Christus Dominus per quendam nostrae societatis patrem operatus sit: facturus mihi operae precium visus sum, si eorum nonnulla licet non a curata prolixitate perstringam; saltem non ingrata breuitate perstringam.

Quidam igitur nostri instituti socius virū honoratum quidem, sed non minus inopem virtutis, quam diuitis affluentem, ad sacram confessionem diuturno labore conatus adducere, adeo sibi inimicū, & insensum reddidit, vt in vitā dicitur veniret. Quod cum aduertisset, Deum deprecari coepit, vt illius mentem, & voluntatem mutaret. Haud inanis ea precatio fuit: nam post octauū diem homini prima hora noctis in lecto cubanti visus est socius singulari vultus hilaritate, & manuum eymia pulchritudine, atque vniuersi corporis fulgore tanto collucens, vt totum cubiculum illustraret, suauissimoque repletet odore. Qua ex re factum est, vt quidam alius his verbis cubantem compelleret: quin tu patri (sed nomen exprimebat proprium) confiteris non vides

*Miraculo-  
sa cuiusdā  
conuersio-*

des quam visenda sit oris dignitate, quam formosa, & illustri specie? Tunc ille consurgens in patris complexum, subito rursus monentem audiuit: Pater in Xenodochio est, vt apud egros rem diuinam faciat. Locuples ille manē cum sur rexisset, lachrymarum, doloris, & poenitentię plenus, supra quam credibile sit, patrem ad se vocat, orātque, vt sibi confessuro det operam: se nullam poenam recusaturum, nec officio defuturū profertur. Inde cum aliquot dies se domi continuisset, omnium, quę ab ineunte etate ad eam usque diem admisisset peccatorum expositione, atque confessione, apud sacerdotem est expiatus, & vitā honestam, integrāque instituit, humanitatis, & beneficentis cultor: plus enim mille, & quingētos aureos nummos egenis distribuit.

Idem Pater rogatu Ormutini ciuis primarij sacrum fecit pro salute illius filij vi febrim coasumpti, & iam propē depositi, altero etiam oculo corrupto, & putrido. Sacrificio peracto, adolescens ex febris, oculoque conualuit, ex quo tanquam scintillę quędam haud sanē tenues emicabant. Rei miraculo parens attonitus, socio perere accito filium sanum ostendit: & quia sacrum Deiparę Virgini factum erat, ei adolescentis salutem retulerunt acceptam. Alias eodem patre sacrum faciente, eius discipulus ex mortifero morbo repente diuino nutu sanus est factus. Accersitus item fuit ad matronam nobilē, quę mente capta, & furiis quibusdam exagitata, insanire videbatur: multa aspectu horribilia se cernere dicebat, quibus spectris sic afficiebatur, agebaturque, vt exanimis speciem prę se ferret, quemadmodum vir eius narrabat. Sed quoniam multus districtus negociis ire non potuit, ini-

*Confessio  
uitę totius  
criminum  
complectēs*

*Sanitas,  
Missę sa-  
crificio ro-  
stituitur.*

initium Euangelij Diui Ioannis, & alia quedam verba ē sanctis excerpta codicibus misit, quę insana mulieris collo suspensa sanitatem redditura pronunciauit. Vir salutare consilium, pręceptumque celeriter executus est, & sicut credidit, ita hunc veracem fuisse cognouit, sanataque vxore, factus est voti compos: vsque adeo Iesus Christus Dominus noster necdum cessat sua potestate, ac benignitate id perficere, quod mortalium vires exuperat.

Eiusdem patris, ac socij precatione quidā alius ex acutissima febris, qua vehemēter affligebatur, euasit. Aliquando ad hominem insanam, & sceleratum, quō in meliorem vitā reuocaretur, accedens, ac vix intra limem ædium ingressus, cum illum audiret sanctis maledicentem, iurantēmq; se aut inimicos, antequam ē viuus excederet, omnino esse viturum, aut Christianę religioni nuntium remissurum: Vide (inquit) quid dicas, neque enim triduum intercedet, cum sepius sacerdotem inelamabis, & nemo te audiet. Prędictioni respōdit euentus. Is enim postero die (sic disponente Deo) vi repentina mali oppressus, cum mortem imminere suspicaretur, confiterique vellet: nullum a quo expiaretur sacerdotem inuenit.

In alium, quem vt ad concordiam cum inimicis reuocaret, diu multumque, sed frustra, laborauerat, idem Pater aliquando incidens, integrumque, atque optimē valentem intuens fortuito dixit, quę mihi illius valetudo ingrata est, profecto Deus est exorāus, vt ei febrē, qua ad confessionē cōpellatur, immittat. Pię imprecationis is fuit effectus, vt ille paucissimis diebus graui morbo correptus sacerdotē nostrę Societatis ad se vocaret, atque ab omni labe criminum expiaretur.

*Oratio sa-  
nat egro-  
tans.*

*Tremē-  
dum exem-  
plum.*

Et

*Imitatione  
dignū exc-  
plum.*

Et quoniam cum sit propè ciuitati iniustus erat, cum postea sanum per vicos, plateasque locus ideo circum duxit, vt quos aut re, aut verbo lais set, ab iis in occurſu veniam peteret: quod quidè factum animos aduersariorum infestis multum ad iræ remissionem commouit, ac mitigauit. Hominem enim illum pluribus locis alij cum scoplettis, alij cum lapidibus, alij cum alijs rebus expediti, atque ad eadē parati expectabāt: quem tamen vbi ita demissum humiliterque conspexerunt, omnes venia dignum censuerunt. Et qui neque armis, neque viribus, neque autoritate inimici (qui dux militaris esset, ciuilique primarius) haec tenus vinci, flectique poterant: eiusdem mansuetudine tandem expugnati, omnem offensionem deposuerunt, iniuriaeque condonarunt.

Hæc omnia scribenda idcirco duxi, vt cum vniuersa Societas Christo Opt. Max. gratias agat, laudèque persoluat, tum singuli separatim animo Dei beneficio se ad hanc religiosæ vitæ rationem vocatos, adductosque intelligant. Quæ de rebus Indicis ad me perferuntur, videntur, vt supra dixi, similitudine quadam ad vetera illa Christianæ religionis primordia mentem cogitationemque traducere. Vtinam ea mihi per negotia liceret literis mandare, quæ video, atque audio. Neque enim dubito, quin charissimis fratribus ad virtutem satis alioquin per se incitatis calcaria essent (vt dicitur) admotura.

*In historia  
Ecclesiast.  
sepe refer-  
tur Chris-  
tianos ca-  
teruati ad  
martyri lo*

Equidem quod ad me attinet, nequeo verbis explicare, quanta sim pro Christo extrema quaesue subsecundi, perpetuendique cupiditate incensus, posteaquam mihi renunciarum est de gloriosa necē, martyrioque nostri focij, & sacerdotis Antonij Criminalis. Confido certè mihi quoque

Deum

Deum aliquando id munus communicurum, cum euer-  
risse.  
id quod ex nostra societate hominibus expecten-  
tibus, atque efflagitantibus dare iam cœpit.

Illud vos charissimi fratres admoneo, vt inter vos ametis, & ceteros omnes pariter, æqualiterque diligatis. Etenim Deus sæpè illis suæ beneficentiæ vti solet administris, quorum ab hominibus opera minoris ducitur, & ministerium vilius affirmatur. Quæto item à vobis, vt ignorantias meas non memineritis, sed pro mea in omnes vos benevolentia, me, vt fecistis haec tenus, ametis. Obedientiæ amor ad has me literas scribendas inuitum, non dicam repugnantem, impulit. Quæ tamen in re (haud enim ex parte meo sum perfunctus officio) non nobis Demine nõ nobis, sed nominis tuo da gloriam.

Deus Opt. Max. qui Societatem hanc per tot discrimina rerum primam cœgit, constituitque, & in tot deinde partes orbis, regionèsq; diuisit, atque dispersit, vt nõquam (quæ mea est opinio) nos mutuo visuri simus, idem nos omnes velut membra capiti Iesu Christo Demino nostro inuicito, & immortalis in altera vita æterno tuo cõiungat, vbi videbimus, quæto fecit animæ nostræ. Amen. Omnes Patres, Fratresque charissimi orate pro misero, profugoque peccatore.

Cum hac epistola nouum Testamentum, Historicis exornatum picturis, & Georgicis scriptum literis ad vos transmittito. Georgi isti Christiani sunt, & in Perfide magni Cathæanz stipendiarij. Curate quæto, vt pro eo, à quo librum accepi, & pro me, qui maximè diuina ope indigeo, Misæ sacrificium quinquagesies fiat.

Ormuty, quarto Idus Decembris. Anno a partu Vir-  
ginis quadragesimo nono supra sequentesimum.

ALLA

*Martyriæ  
P. Antonij  
Criminalis*

*Quid ad  
scribendum  
fratibus  
suis impule-  
rit.*

*Georgi qui  
dicantur.*



ALIA.  
EPISTOLA EIVSDEM

M. Gaspari ex Societate Iesu Pres-  
byteri in Lusitaniam data.

Gratia & pax Domini nostri Iesu Chri-  
sti sit semper vobiscum.  
Amen.

Sinus Per-  
sicus.



Ormutij  
stus.  
Abissini pa-  
rent Pre-  
toiano, scis-  
matici sunt  
olim a Di-  
osforo se-  
ducti.  
Babilonia.  
Iudei plu-  
rimi.

Sarraceni.

In hoc sinu Persico, tanquam  
in liberis custodiis, maneo ius-  
su patris & Magistri Francisci,  
qui mihi obedientia vti ac vir-  
tute præcepit, ne extra terminos  
Ormutini regni egrederer: quod  
regnum, ut superiori anno ad vos planius, & vbe-  
rius scripsi, inter Arabiam felicem, ac Persidem  
est situm. Ago, verforque cum Mauris, Turcis, A-  
rabibus, Persis, Abissinis, Ethnicis,isque Iudæis  
qui Babylone post priorem captiuitatem reman-  
serunt. Ea vibs Bagueda nunc ab his gentibus ap-  
pellatur, suamque ditionem ad huius vsque re-  
gni fines extēdit, & nationes multas, ac varias sibi  
habet subiectas. Qua de causa hæc insula terre  
vmbilicum purant incolæ. Hic Iudæos compul-  
res ex Hispania Tarraconensi, ac Lusitania pullos,  
& ad auitam impietatem lapsos offendi: Quo-  
rum alij resipiscunt, alij pertinacius in suo errore  
persistunt. Cum his, & cum Sarracenis quotidia-  
nas soleo disputationum consistationes inire.  
Illorum nuper in Syon montem infinita propè  
multitudo conuenit, & triennium iam Messiam  
expectant: quotidie suam pertinaciam, & obli-  
natione fatentur, nihilo tamen magis ab ea mea  
vis cæcitate præagnata ipsius pertinacia recedunt.  
Illud

Illud modò præstare ipsis est satis, ut Rabinos  
suos vndique cogant, per quos paradoxa sua, aut  
verius adoxa, de quibus frequentes instituuntur  
disputationes, mihi persuadeant, probentque. Sed  
Christus pro me respondet, aut vires, ne deficiam  
subministrat: quia corrupti, & abominabiles facti  
sunt in studiis suis: idcirco lögum esset, quæ cum  
iis acta sunt, enarrare: eo tamen res spectare vi-  
detur, ut breui eos Christi religionem accepturos  
sperem. Quamobrem cum & ipsi proximi no-  
stri sint, de quæ ipsis etiam nobis mandata sit cura:  
Christianis hominibus dignum feceritis, si etiam  
illos in aliquam orationum vestrarum partem  
admittatis.

Vtor & multorum Armeniorum consuetudi-  
ne, qui licet Christianam profiteantur fidem: at-  
tamen aliquid Mauricæ superstitionis admiscēt:  
quamuis eam victus parsimoniam, ac seueritatem  
retinent, quam sancti illi Patres Armeniæ Ana-  
choretæ quondam coluere. Tam ipsos, quam  
Rufos, Polonos, Vngaros, Ianizaros, Genuen-  
ses, Græcos, aliosque Christianæ fidei desertores  
ad Orthodoxam religionem reuocare contendo.  
Vtinam sociorum nostrorum, qui Conimbricæ  
sunt, ardor animi sese proderet hic posset, quod  
Christi cultus magis, magisque propagaretur.

Equidem talium operariorum paucitatem, at-  
que penuriam continenter deploro. Quid isthic  
charissimi fratres, agitis, vbi homines quotquot  
sunt, Christiani nomine cēsentur omnes: hic ve-  
rò vix studium vllum, aut cogitatio capeffendæ  
Christianæ religionis apparet, atque operariorum  
defectu copiosissima messis perit æternum.  
Sed de his satis. Venio nunc ad ea, quæ Deus Opt.  
Max. post priores ad vos literas à me scriptas,  
pluri-

Armeni  
parce ad-  
modum ui-  
sitāt etiā  
hodie.  
Miliarum  
Gentium  
Apostata  
a fide.

*Cortentio  
e Docto-  
re Mauro.*

*Nō est ten-  
tadus Deus*

*Doctoris  
Mauri u-  
xo: & filia  
conuertun-  
tur.*

*Disputatio  
eū Mauro  
certis legi-  
bus iustu. i  
tur.*

plurima, maximaque in his oris per societatem nostram gesiit. Igitur Mauri cum me ad disputationem de persecutione lege ac religione, tuam praeferenda eſſet, an noſtra, prouocarent: conſtituerunt, vt cum quodam Philoſopho Medici- nae, atque Aſtologiæ peritiſſimo in praetium mon- tem aquis, & herbis cauentem ſecederem, ea con- ditione, vt a nullo priuſ montali inuiteremur, & qui mediam, atque ieiunium diuſius toleraret, ſuis ergo nihil opus eſſe miraculis, neque Deum, cum nulla neceſſitas cogeret, tentandum reſpon- dico quod argumentis ac rationibus res tranſ- gi melius poſſet: ſi minus, tum demum id fieret, quod ipſi decreuiſſet. Verum Mahometanæ legis furo diffuſi, conſilium a me propoſitum, cō- ditionemque accipere non ſunt auſi. Chriſtus ni- hilominus, qui ſuis ſemper praesto eſt, vt ab illis extorſit, quod ſpontē facere recuſarant. Huius enim Doctoris vxor, honeſtiſſima, nobiliſſimaq; ſa- mina ex genere Zaidi Machometis propinqui cognita inſcitia, timoreque viri, qui Mahometana- nam legem tueri, ac defendere non auſus eſſet: ſtaruit vnā cum filia ad Chriſti religionem tranſ- ire. Intempeſta igitur nocte me aduenſa a Spi- ritu ſancto inſtincta, ac ducta, ſacrum Baptiſma popoſcerunt: quas, ne à Mauris valde ob eam rem iratis, atque inſenſis caperentur, & abducerentur, ſtudioſe cuſtodiantur, aſſerunt adque ſuſcipi. Cum igitur poſt traditam ipſis cathecheſin, Bap- tiſmatis ſacramento noſtræ initiandæ eſſent re- ligioni, viro, vt eas inuiferet, petenti, diſputationē de religione, ac ritibus detuli, & indixi, ſicut mi- hi denūciare ipſi conſueuerant, eamque diſpu- tationē praſentibus vxore, ac filia ſuturam obſedi

ca

ea lege, vt ſi me viciffent, & Mahometanam reli- gionē Chriſtianæ praſtare docuiſſent, ego Mau- ricis ſacris initiarer, & vxorem illi ſuam, & filiam redderem: ſin ſecus, tum ipſe cum iis ſimul ſacro fonte Baptiſmatis ablueretur. Ex ſuorum conſi- lio diſputationem accepit inſtituendam coram proepiſcopo huius vrbis, publicoq; libellione, qui vtriuſque dicta exciperet, ne quod ante con- ceſſum fuiſſet, negaretur, Garſia Penneo interpre- te, qui apud Regem Ormutij id muneris obibat, homine ad id negocij aptiſſimo, & planē confi- derato, cum in multis diſputationibus ſuum of- ficium accuratē, ac fideliter praſtitiffet, Latina- rum, literarum, haud ſanē ignarus. Maurus diſpu- tando, vanam, & falſam ſuam religionem, eam- que defendere obſtinatæ pertinaciæ eſſe profite- batur. Sanctiſſimam item Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum tres hypotaſes, & vnū Deum conceſſit. Erat optimus, & ex- perientiſſimus Philoſophus, propterea quod ipſi quoque Ariſtotelis libros ſtudioſe legūt, & mul- tas cum aliorum Sophiſtarum, tum Peripateti- corum ſententias probant, atque defendunt. De- mum homini dixi, iis datis haud multa illi de- eſſe, vt Chriſtianus foret. Quod in diſputatione intelligens, & acceptam conditionem ſecum re- putans, perturbatus eſt admodum, voluitq; alios libros in poſterum diem proferre, vt diſputatio- nem proſequeretur. Cum igitur per eam cauſam diſceſſiſſet, nuſquam poſtea in ciuitate compa- ruit, relicta vxore, & filia. Renūciatum eſt mihi, illum cum ad Regulam quendam in Perſidem con- tendiſſet, grauiter fuiſſe reſprehenſum, quod me- cum diſceptaſſet, audiſſeq; ab eodem maximum me eſſe praſtigiatorum, atque veneficū: inde in

E

regno

*Garſia Pe-  
neus.*

*Vincitur  
Maurus.*

*Ariſtote-  
lem etiam  
hodie le-  
gunt Mau-  
ri.*

*Victoria de Mauro præstigijs tribuitur, ut & impietitia Ecclesia saepe factum est.*

*Hac victoria deieci Mauri ad Christi fidem se conserunt.*

*Campanæ veste vim pertrahendi ad fidem arbitrantur.*

*Admirandus novorum Christianorum fervor.*

regno Laræ exceptum: magno in precio, atq; honore haberi cognoui. Hoc animaduerso, Mauri animos molli ac tristes abluere, mei meque conspectu in fugere: nos Christiani contra latro, atque alacres magna celebritate, & apparatus, musicisque instrumentis mulieres Christianis sacris iniuauimus, & quia Regio erat omnia genere, præcimine Dominae (ut afolet) eas honorauimus. Initiati: in verò utramque accepta dote septingenis nummis aureis in matrimonio Lusitanis viris probis collocauimus. Post hæc facti, & debilitati Mauri, quod dætorum, quem cuius Caciogorum facile anteponebāt, tunc turpiter victum fugisse viderant, plures Christi cultum recipere indices capere, & quod prius vitio, & dedecori vertebant, id nunc laudi, & gloriæ ducunt. Alij occusum meum diligenter cauent meque prætereunte, & campanulam, qua ad Christianas cohortationes, institutionesque conuocare populares soleo, vicatim pullante, aures obturant, ne si scinitum audiant, forte moeantur, & ad Christi fidem tradcantur, quoniam me non in verbis modo, ac veste, veni etiam in campanula habere præstigia dicitant.

Christianorum studium, atque ardor quotidie magis accenditur. Mauri per vibem totos dies institutiones Christianas decantant. Tanto autem amore religionis flagrabant hominum animi, ut & Christiani per vicos Maurorum deni, ac vicini terga loribus verberando transirent, & supplicationes cum Litanis tota vire agerent, & Christianæ doctrinæ capita à pueris canerentur. Mauri cum hæc intuerentur: alij quidem ne ad Christum inclinarentur meruentes, alij verò tuenda, atque amplificanda secta cupidi, sup-

plica-

plicationes & ipsi decreuerunt, atque instituerunt: in quibus clarè ab omnibus concineretur: Deus vnus est, vnus est Deus. Vsq; eo autem illorum studium, æmulationeque processit, vt faxis in nos aliquando iruerint, & facta lapidatione loco depulerint: sed cum in campum confugissemus, victoriam Christo duce, haud secus quam olim ætate D. Ioannis Chrysostomi Arianos Catholici superauerunt, retulimus. Cum hic ardor, contentioque animorum obrifieret, nullus dies intermittebatur, quin modò cum Mauris, modò cum Ethnicis, Iudæisque disputauerit.

Atque ita Dominus noster insignem Ioguum hoc est, Ethnicum Heremitam summæ parsimoniz, ieiuniorumque cultorem ad veram religionem traduxit. Is in perpetua castimonia, & paupertate vivebat; deq; nulla re alia, quam de morte concionabatur, aut verba faciebat: Cœnobium sibi in monte vbi proximo exædificauerat; vbi cum alijs Ioguis degebat, quorum vnus non ita pridem ad Arabiæ montes profectus, in specum, in qua vitam per voluntarias corporis vexationes transigeret, sese abdidit: vbi tamen nequaquã posita, neque alibi vsquã omnino inuentus est. Vir erat, si naturam spectes, eximia virtute, ac probitate. Hoc genus hominum cinere semper aspersum conspicitur. In postrema autem disputatione de castitate Ioguis amore, & charitate se à me victum, deuinctumque, & suum animum ac voluntatem mihi iam penitus obligatam, & obnoxiam esse professus est. Tunc triginta dies ad deliberandum postulanti suasi, vt quina tergo verbera quotidie pro Christo infligeret, à quo diuinam lucem, & veræ Religionis cognitionem efflagitaret.

*Mauri imitatur christianos.*

*Heremite gentilis ad fidem conuersio.*

*Ioguis charitate se victum fatetur.*

E ij

Paer

*Gentiles  
mortē me-  
ditantur  
quotidie.  
Deus here-  
mitam mo-  
net ut fidē  
suscipiat.*

*Baptiza-  
tur loguus  
magno eth-  
nicorū me-  
rore.  
Gentiles  
magna ue-  
neratione  
aquam hi-  
bebāt quo  
loguus hic  
pedes laue-  
rat.*

*Heremita  
cenobium  
in collegiū  
societatis  
vertitur.*

Paret homo cōsilio extēplo, & quadam nocte, dum Dei virtutes animo cōtemplaretur (quę cōtemplatio, sicuti etiā mortis meditatio, penultis est loguis familiaris, & penē quotidiana) vocem audit quasi momentis, & increpantis: quid agis: quid cessas: suscipe quam mōstro religionem: hæc etenim vera est & perfectā, Christiana videlicet. Secundum vocem multa, eaque pulcherrima templorum ornamenta, sacræque, ac Pontificias vestes, quæ alia festo, & solenni die proponique consueverunt, conspicitur. Postridie Rege Ormutij ad se salutandi, visendique causa veniente, delitescens prodire in conspectum volebat. Vbi rex abiit, celeriter me conuenit, & cum quæ acciderant, retulisset: salutares, ac vitales aquas poposcit. Locus est honorificē, & cum summa Christianorum lætitia, inœrentibus, & lugentibus Ethnicis, qui loguum ita colebant, atque venerabantur, ut religionis gratia aquam biberent, qua ille pedes lauisset, quos etiam religiose oculabantur. Cum sacra lotionē peracta hominem ad cœnobium reduceremus, per vicos Mauro-rum transiimus prælati ingenti cruce, quæ in logui cœnobio defigeretur. Ea res Mauros, apud quos illius authoritas, existimatioque multo maxima semper fuisse, admiratione inopinatæ mutationis attonitos conseruauit. Tum idolis deturbatis, & comminutis, sanum idolorum templum Christo Opt. Max. dedicauimus, diuersatusque sum in cœnobio, quod quidem rogatu populi, in vsum nostræ Societatis; collegijque deducendi conuertri. Neque profectō in vlla omnino Indiæ parte magis quàm hic, collegium id. necessarium mihi videtur. In his adibus semper viginti socij scholastici; & totidem præ-

terea

terea partim sacerdotes, partim domestici ministri habitare commodè possent. Situs est totius Insulæ optimus, & pulcherrimus. Pecunia in eam rem grandis conferebatur, cum alius centum, alius mille, alius quatuor millia nummum auroreorum piè, & libenter erogaret. Neque defuerunt, qui omnes suas fortunas ad constitutionem, vsumque collegij elargirentur: id quod ex epistola, cuius exemplum viro probo in Lusitaniam proficiscenti ad vos dedi, planius cognoscipotest. Sed Emanuel Lima Ormutinæ ar-  
cis Præfectus nos ab alio, quàm à se accipere pecuniam noluit: quippe qui suis impensis perfici hoc opus optabat, quod vtilissimum fore spectaret, propterea quòd in hanc insulam, vt supra significauimus, Persæ, Arabes, Abissini, Turcæ, Christiani, atque vt semel dicam, ex tota Asia, Africa item, & Europæ bona parte mortales confluunt innumerabiles. Sed & (cum Spiritus sancti infunctus dilationem non patiat, & hominum alioqui voluntas instigante hoste humani generis, facile immutetur) consultissimum esse videtur, ea quæ diu animo pertractata sunt, & definita, maturè aliquando perficere. Vtar itaque facultate mihi à M. Francisco permissa, in Societatem aliquos adscribendi, atque isthuc nonnullos mittendi. Illud etiam interea cogitabam, si meum consilium Patri António Gomezio, aut quicunque alius eius provinciam geret, minus fortè probabitur: tum hoc ædificium vsui futurum Patribus ac sociis, qui in meum locum succedent, vbi primum ego in Chinam discessero. Hanc ob causam ceptum opus maturandum curauit, & ipsum Gomezium scriptis in Indiam literis certio-  
rem feci de templi dedicatione, nouique Collegij ra-

*Liberali-  
tas hominū  
ad erectio-  
nē collegij  
societ.*

*Præfecti  
memorabi-  
lis liberali-  
tas.*

*Admiran-  
dus ex om-  
nibus mūdi  
partib. ad  
hanc insu-  
lam consus-  
sus.*

E iij

tione

*Templi de  
dicatio.*

tionē, de quē iis quæ in hac Insula Spiritus sanctus ad hominum salutem egerit, agatque quoridie. & acturus. & quidem maiora, in cuncta Maurorum natione credatur.

Insuper, & quantopere aliquot sociorum, partimque auxilio egeamus, declarari, qui tantæ horum infidelium multitudini subuenirent, postquam ex India nullam opem affere socij possunt: propterea quod idonea ad nauigandum tempestas octauo demum mense duntaxat accidere consuevit. Quæ de causa magnum sanè detrimentum res Ecclesiastica pateretur, ut non temerè Magister Franciscus mihi præceperit, ne hinc ego ante decederem, quàm alter quispiam mitteretur successore.

Gomezins autem Episcopo Goano, cui nostra est sodalitas commendata; ita videri respondit, ut tota instituti operis ratio ad sociorum ex Lusitania aduentum intermitteretur, tum me in Chinam nauigaturum: citius enim alium veteranum socium, qui in meum locum sufficere possit, aduenturum neminem. Laudetur Christus, cui sic visum est, ut quod in Lusitania abundat, atque effluit, id nobis hic vel maxime indigentibus desit. Itaque incepto desisti, quoad usque aliud diuinitus statuarur. Succurrite, succurrite nobis laborantibus charissimi socij, quid celsatis hic, hic coelestis voluntatis, & diuini solatij suauitate illa domi forisque passim affluimus, quam isthuc sentire, ac percipere intra cubiculorum parietes non potestis. Si parum literati estis, hic summum, & præstantissimum Doctorem habemus Spiritum sanctum. Is continenter docet, cuius doctrina in animo celerius, altiusque imprimitur, quàm ab iis magistris, & professoribus

*Apud Gentes Spiritus sanctus docet se-*

bus tradita, qui principem locum, auctoritatēque in Conimbricensi academia tenent, multumque temporis, atque operæ in huiusmodi rebus ferè collocant, quæ hic nulli omnino sunt vsui.

Præfectus cognita Ecclesiasticorum Magistrorum in his locis, vbi maxime desiderantur, penuria: deceiuit, ut militibus qui Christo in nostra societate, ac contubernio nomen dederunt, iis perinde stipendia soluerentur, ac si Regi, ut antea mererent. Ad hæc magna est vsus beneficentia, & liberalitate erga nostram domum, quam instructam rebus omnibus necessarijs, & mille nummis aureis, ac varij generis suppellectili ad collegium pertinente, templique vniuersis ornamentis, altarium videlicet sericis, & aureis stragulis, calice ex auro pulcherrimè facto, tribus sacratissimis (quæ vocant) plumalibus, & linteis tunicis, & umbrellis. quæ omnia sex millibus nummum aureorum æstimantur: librorum quoque ingens numerus Collegio seruatur. Vniuersus populus nostri est admodum studiosus.

Qui nostram in Societatem recipi vellent, tam multi sunt, ut equidem raram, & tam præclaram in hac ciuitate de nobis opinionem, atque existimationem demirer. Sex modo admisi omnes præter vnum, latinis literis eruditos: quidam etiam illas profitentur, & docent non domesticos tantum nostros, sed alienos etiam, & externos.

Ut eos in numerum sociorum ascriberem, diuinus spero spiritus persuasit. Nā vnus illorū secundum concionem repente in medio foro inspectante multitudine, vestes, quibus erat amictus, exiit, & religione incensus, egenti, ac mendico dedit. Nudus ipse abiens iuxta præaltam

E iij crucem

*eandem illud, ero in ore uestro.*

*Milites societatem professi stipendius regis non priuantur Collegium templique optime instructum*

*Indi latinam discunt linguam.*

*Admiranda cuiusdam conuersio.*

crucem somnum capiebat: pauperes quotidie inuisebat: aliquando cum me adisset, mentem sibi diuinitus illustratam docebat, dum se, vt ad Persas mitterem contendebat. Siquidem pro Christi religione vitam profundere meo imperio, insuque, vt ipsum Christum imitaretur, optabat. Hanc imperitum vulgus, & homines non ita pii in stultorum, & insanorum numero, locoque ducebant: ego verò virum sapientissimum, atque optimum suo merito iudicavi.

*Alterius  
in signis ad  
Christum  
conuersio.*

Alius quidam cum de Christi cruce concionem audisset, confestim se ad pedes concionatoris flens abiecit, & per Deum obsecrare, obtestariq; cepit, vt in nostrum sodalium receptus, reliquum vitæ suæ tempus nobiscum agere possit, vel etiam in Persas extemplo amandari, vbi pro Christi cultu martyrij coronam consequeretur. Tertius cum in foro inter ludendū superis malediceret, obiurgatus: per Christum orauit, ne sibi deesse mium, cum ipse quoque se nobiscum & viuere, & mori velle constanter profiteretur. Reliqui eadem fere causa, & ratione nostris adiuncti sunt: qui quidem omnes etiam si à Societate nostra reiecti fuissent, nihilo tamē secius, se nobiscū acturos cōmoriturosq; firmissimè assererabāt. Alius itē ex Maschate (quod oppidū maritimum est Arabiæ felicitis) ad me scripsit, sibi esse in optatis, necum pro Christi religione craticulæ impositum: succensis ignibus torrerī, & quas ad manum habebat pecunias, hoc est ad mille aureos nummos, reliquasque omnes fortunas haud sanè tenues distribuendi, erogandiue potestatem mihi summam deferre: quemadmodum ex literis vtrō, citroque scriptis intelligeris.

Vtrarumque enim exemplum ad vos cum hæc epistola

*Maschate  
situs.*

*Martyrij  
desiderium.*

epistola mitto. Hoc eodem animo, & voluntate sunt plures duodecim, & quidem magnæ existimationis homines præter ceteros nō paucos, qui nostrum institutum ambiunt. Mihi verò certum est, neminem admittere, quoad viqueres collegij constituta, perfectaq; sit. Hos porò qui mecum sunt, in Chinam ducere cogito, si per Antonium Gomezium licebit. Neque enim mihi reijciendi videntur, qui vitam diuinæ voluntati addictam mecum traducere volunt. Et quāuis in sociorum albo non sint: erunt tamen nobis nihilominus viles adiutores, sicut egregia ipsorum virtus pollicetur.

Hæc ferè est, quam quotidie seruamus, viuendi ratio. Hora ante lucem signum meditationis datur ab eo, qui de somno excitandorum sociorum, & luminis singulis inferendi munus habet: post meditationē nos ad sacrū, quod facere quotidie soleo, paramus: quo peracto, campana ad lectipnem vocatur, quæ ad horam ante meridiē producit. Tum prandemus: à prandio iū suum quisque cubiculum se recipit, suiq; a seipso (vt fit in nostra societate) rationem peroscit: postea se ad pomeridianā lectionem accingit, in qua vsq; ad vicesimam tertiam horam versamur: denique cenamus: cenati ad Litānias accedimus. Tunc rursus meditatio, ac nostræ met cognitio, iudiciumque, quod conscientiæ nominamus examē, vna hora exercetur, dein ad quietem itur. Diebus Veneris voluntariæ verberationes pro felici Ecclesiæ statu Catholicæ fiunt, Litaniæ item pro societate, beneque de illa meritis recitantur. Dominicis, alijsque festis diebus vespertina hora in salutaribus, pijs, & religiosis sermonibus vtiliter, iucundèq; consumitur, dum scilicet de cacodæmonis

*Multi di-  
uēditis om-  
nib<sup>9</sup> Chri-  
stū sequū-  
tur.*

*Societatis  
uiuendi ra-  
tio in In-  
dia.*

*Ratio vir  
centi scip-  
sua*

*Leges quo-  
rundam  
anglican  
di regni  
Christi de  
sederium*

monis insidijs, ac gratuita malitia, deque diu-  
nis solaris vitro circumque dissentur veteri Ana-  
choretarum more, quem nobis quoque Conim-  
bricenses socij retinent. Seipsi vincere, & demit-  
tere certatim student, dum alij super ostiarum  
per ribem, vel in publico valerudinario, veli  
Mauris emendicant, alij ad barbaros concionan-  
tur, alij domi infima, vilissimaque ministeria ob-  
eunt Magnum & mirificum denique studium, &  
doremq; animi (Christo gloria) in socijs animi  
uero socijs quidem moribus, ac virtutum ex-  
plis alios mortales multum & mouent, & iuuu.  
Neque verò minori Christiane crucis, ac glorio-  
necis cupiditate, amoreq; flagrant: quippe cum  
Arabes quidam alij Persas cogitent, & effragi-  
nonnulli vsque ad nostras fores Maurorum impe-  
tu, & lapidatione premantur. Sed quid nos sepa-  
rabit à charitate Christi: nihil sanè. Equidem nul-  
la re alia magis vità hanc sustentari sentio, quam  
Christianæ tolerantia, atque Euangelicæ virtu-  
tis desiderio, cultuque, & ea voluptate, quæ et  
optata semper pro Christo more percipitur. Sed  
de his hæcenus: Orate pro me.

Non dubito me, cum hinc decedam, complu-  
res professionis comites, & pij laboris, crucisque  
socios habiturum. Est hic quidam etiam senex  
honestus, & probus, qui ab eo die, quo primus  
apud me per sacram confessionem sese expiauit,  
nunquam à meo latere discedere voluit, relicti-  
que vxore, ac liberis, toros dies apud nos in ali-  
qua domestica occupatione trāsmittit. Negat se  
alibi vsquā nisi in nostro collegio, atq; inter nos  
quieto animo esse. Vt ad Mauros redeat: hic tanta  
Christianorum alacritate, atq; ardore animadu-  
so, mirum in modum mutati sunt, Rex certe Or-

multi

mutij mihi aliquando ex concione, quā in tēplo  
habebā. subitò accersito, egregium suum studiū  
suscipiendæ Christianæ religionis aueruit: sed cum  
timeret, ne regni Primores offenderentur: decre-  
tū est, ut quasi aliud agente, cōuocatis regni pri-  
moribus, ita corā Rege discuratio institueretur,  
vt ne vel tenuis oboriretur illis suspicio, propter  
se esse comparatā. Hac enim ratione me Mauri-  
cæ religionis vanitatem demonstraturum spera-  
bam, idque assecutum, vt ne illi iniquo animo  
ferrent, si Christi cultum Rex accepisset. Interea  
Maurorum generis multitudo supra duo millia  
quingentis, Christi sacris eodem die, quo Rex  
initari constituerunt. Quin & multi ex princi-  
pibus viris iam sibi nostratia nomina, initialsq;  
parentes, quos patrilinos vulgò vocamus, elegerāt:  
at verò cacodæmon, qui semper Christianas par-  
tes oppugnat, rumores graues subitò dissipauit,  
Regem videlicet Christi iam religione imbu-  
tum, qua de causa quod ego & Rex statuerā-  
mus, effici nequiuit. Imò (quod lugendū sit) cum  
Regem nullis blāditijs possent perditū homines  
de proposito, susceproque cōcilio dimouere: per  
quosdam eum Cacigios doctos viros ad Maho-  
metanam superstitionē traducere sunt aggressi,  
vt à Christi fide animū, & cogitationem auerte-  
ret, sententiamque mutaret. Quos tamē Rex ex-  
templò lapidibus pelli, atque ex regni finibus ex-  
terminari, eijciq; in perpetuum exilium iussit.  
Neque verò eam animi magnitudinem, atque  
constantiam in pœnis, supplicijsq; isti suo Ma-  
hometi præstiterunt, quam sanctissimi fortissi-  
mique Christi martyres in tormentis, & cruciatu-  
bus retinuerūt. Ad extremū quinq; ex primorib;  
(Deo ita propter mea delicta permittete) tantū  
minis

*Rex Mau-  
r' cū 2500  
Christo in-  
itiari con-  
sultuit.*

*Hanc breuē  
stantie no-  
tā post e-  
gredie e-  
luit.*

*Vtinā his  
armis nos  
modo fre-  
quēter nu-  
tremus.*

minis effecerunt, vt Rex amittendi regni metu  
ab ea sententia, institutoque deterritus, promissis  
neutiquam staret. Quare Maurorum etiam ma-  
ior pars in veteri suo errore, ac superstitione per-  
mansit. Quantum ex ea re dolorem coepim,  
cum tantam mihi ē manibus ereptam prædam  
conspicerem, vobis estimandum relinquo. Equi-  
dem plurimas effudi lachrymas, tacita conuictus  
conscientia peccatorum, quibus iratus Deus im-  
piorum conatibus obuiam non iuit, Tum Mauri  
ne ad Regem mihi pateret accessus, custodes ap-  
posuerunt, eō quod sibi persuasum haberent, me  
insignem esse præstigiatorē, ac Regem meīs  
præstigijs, fallacijsq; fuisse tentatum, atque cir-  
cūuentum. Ad Perlarum insuper Regem literas  
multis, & grauius quarimonijs plenas dederūt,  
quibus eum in nostram perniciem inflammarēt.  
Ego autem solennes supplicationes per mediam  
vibem, vicosque Maurorum faciendas curauī, in  
quibus supplicationibus, præter frequentem imi-  
titudinem, procedebant etiam vnā circiter quin-  
quaginta homines, qui terga sibi verberarent: vt  
his pietatis signis, & officijs permotus Deus quid  
facto opus esset, ne qua de nostra fide, ac religio-  
ne in his oris fieret diminutio, significaret. Mau-  
ri superbē admodum statuebant se non esse pas-  
suros, vt ex sua natione quisquam sacro fonte ab-  
lueretur. Adhæc eorum aliqui meum fugiebant  
conspēctum, alij data pecunia id agebant, vt nos  
aliqua saltem iniuria, contumeliaque afficerē-  
mur, clamoremque tollebant ex Fano, quod in  
monte positum nostro imminet collegio, cui bo-  
no Iesu nomen est inditum. Importunis illorum  
vocationibus ego commotus, cum in aper-  
tam arenam, atque certamen (sicut quondā con-  
tra Go-

tra Goliathem Dauidi superbissimam Philistæi ar-  
rogantiam diutius non ferenti contigisse acce-  
pimus) mihi proeundum viderem: feci hoc, vt  
noctu post concionem de Christi Domini suppli-  
cio, ac nece habitam, crux ingens à duobus viris  
in supplicationibus per mediam vrbem præfer-  
retur: & vbi ad montis verticem esset peruentū,  
tum Fanum illud prophanum, in quo Christi cru-  
cem barbari deridebant, conuictisque insectaban-  
tur, ingressi, in præcelso eam, atq; edito loco de-  
figeremus. Magnum terrorē Mauris crucis aspe-  
ctus incussit, cum Fanum captum, occupatumq;  
à nobis viderent. Simulac verò illuxit, ad multa  
millia conuenerunt, & maxima voce Mahome-  
tem appellabant, & cur tantam iniuriam à Fran-  
cis (sic enim Christianos vocant) illatam non vl-  
cisceretur, clamabant. Statim porò quæcūque  
in agri planitie habebant Fana reliquerunt, & in-  
ter cætera vnum valde amplum & magnificum,  
quæ Gilabata dicebatur, vbi Mahometanis sac-  
ens quotannis operabatur, cum se ipsi cultris, at-  
que nouaculis religionis causa consauciarent, &  
Mahometana illa dogmata detestanda, legeſque  
impurissimas prædicarent, & quidem stentes, vt  
nos Christi mortem commemorare, lugereque  
consueuimus. Gratiā agamus oportet Deo Opt.  
Max. qui hoc Fano impia superstitionis erepto,  
Maurorum audaciam, superbiamq; compressit,  
Id Fanum cacodæmone cum Mahomete expul-  
so, Deiparæ Virgini, cui à penna cognomen ac-  
cessit, dedicauimus, quo ad vacandum contēpla-  
tioni nihil excogitari potest aptius, elegātiusue.  
Ibi Heremitam virum bonum, & antiquæ fruga-  
litis, seueritatisque, & disciplinæ cultorem col-  
locauī. Mauri vt religionē suam nostræ præstare  
ostende-

*Inauditū  
pugnæ ge-  
nus cum  
Mauris.*

*Mauri sa-  
cerdotes se  
nouaculis  
sanciant.*

*Celebre sa-  
num Mau-  
rorum, B.  
Virgini di-  
catur.*



ostenderent: conciones in ciuitate habebāt, suōq; in fano importunē clamabant. Quam rem Christiani moleste cōm ferrent, remediumq; a me quēterēt. memor illius verbi Christi (cōpelle eos intrare) Regi confectum renunciam mandauī, vt quoniam promissum non fecisset, eos salte in fano Maurorum clamores prohiberet, idq; ob tres potissimum causas: primum quia oppidū nostrū esset, deniq; quod nobis iniuria, atque incommodū inferretur, & demum, quia multa in regni perniciem clam ex eo loco Maurorum prodicione cum Turcis communicarentur. Quocirca vt Barbari eiusmodi vociferationibus tantisper abstinere, ediceret: dum nostris literis ea de re Lusitanorum Rex certior factus responderet: tū nos quod ille imperaret, sine vlla cūrētatione facturos. Neque verō a me quicquam omnino aliud agebatur, nisi vt eorum animi erigerentur, atque confirmarentur, qui ad Christianam religionem transibant. transiuriue deinceps erant. Cum eatione Mahomerana superstitiones, legesque fraudulenta paulatim exoleuissent, ac sempiterna essent obliuione deleta: facilius, & citius homines barbari mitescebāt, & ad Christi cultum traudebantur. Quod cum Mauri intelligerent, eaque de causa nostros contemnerent conatus: eis cōminatus sum, nisi clamare desisterēt, me puerorum, quos Christiana religionis rudimēta preceptaq; doceo, collecta manu impetū in illorum delubrum factūrum, crucemq; in eo sicuti in motis fano præaltam constitutūrum. Itaque nullā moram interposui, quin primo quoque tēpore quinque cruces parandas, posteroque die supplicationes agendas curarem, in quibus omnes illæ cruces, vt Mauris timor iniiceretur, præferentur. Illud

In auditis  
modis Dr.  
suos tuetur

Ind etiam Litanij infertum clara voce à nostris alternante choro repetebatur, Domine Deus miserere nostri: ita procedendo vsque ad regiā peruentum est. Tanta verō huius spectacula vis extirrit, vt Mauri continuō clamare desierint, maximoque omnes metu perterriti, in fugam sese derint. Hic accitū Regis euocor, qui mihi Regiā ingresso ad primos gradus cūuiam honoris causa prodiit, & cum Garzia Penneo interprete introductum in sella cōsidere sua inuitum cōegit, ibiq; ad genua mihi procumbens manum okulani voluit, & veniam suæ inconstantiæ precatus, quod promississet, se aliquando effectum addicebat. Tum non modō in Fano, sed etiam in tota insula clamari, appellariue dein Mahometem vetuit. Faniq; ianuam claudi, atque obstrui iussit. Mihi præterea ad vsum collegij multa, eaque pulcherrima donauit. His cognitis regni Principes aduersus Regem comparare exercitum statuerūt: cum ita sentirent, & dicerēt, eo clauso delubro desertū in propediem vibem, quæ impietiarū celebrior multo esset, & opulētior, quā vnquam hætenus extitisset. Etenim publici vestigal cum superiore tempore quadraginta duntaxat millia mummū aureorū cōficeret: id cētum iā, & viginti millia peruenisse, mercatorūq; ac nauicularios Mechā petere antea solitos. nunc Omutiū venire omnes, portoriumq; persolvere, Xatamaziumque inferendi belli percupidū, hæc rerum nouitate mirifice latari confirmabant.

Idē fertur de Xoa Persarū Imperatore, qui pro Deo à suis colitur. Aquam ex pelui, vbi ille pedes lauit, religiosē, vt rem sanctam videlicet, & salutare morborum omnium medicamentū, hylatam reponunt: Dominus qui cœlū, tenamque sul

Regis inst-  
gnis pan-  
tensia.

Rex in to-  
ta insula  
Mahometē  
uenerari  
uetat.

Religio o-  
pes auget.

Rex Persa  
rim a suis  
Deus habetur.

fulciat, atque sustineat, appellatur. Sed misericors Deus occæcatorum istorum hominum oculos aperiat, vt è superstitionū ceu volutabro ad sanctam, claramque fidei lucem perueniant, vtroque Deo (non fideibus omni cloaca fetidioribus) confiteantur, gloriāque dent. Quod autē Regis fauore consequi, vindicareque Mauri nequiuērunt, id quorundam hominum Christianorum quidem, sed improborum præsidio efficere contenderunt, vt tam insignem maculam Mahometi obstructo Fano, prohibitisque clamoribus (quibus tota illius gentis religio continetur) velut iniustam eluerent. Id eō impensius conabatur, quod huius Fani magnificētia, & amplius cæterorum omnium nobilitatem, famamque superaret: eoque nunc clauso, in quo religiosius quam vsquam alibi Mahometes colebatur, maxima nunc post hominum memoriā iniuria, ignominiaque affectus putabatur. Interea nouus artis Præfectus fortē successit: hic a Mauris pro mercede iniquitatis duobus millibus aureorum acceptis, id negotij suscepit, vt Fanū aperiret, riuque clamandi intermissum reuocaret. Ad rem faciendam Mauri perditissimum quemque Christianorum sibi socium adiūxerunt. Hi enim nomine, non moribus Christiani, huiusmodi facinus aggredi fortis viri esse arbitrabantur, sibi que honori, gloriæque ducebant. Verim Christus cuius uirtus, ac iussū delubrum fuerat à nobis occultum, suis non defuit, cum Præfecto cunctationem & religionem iniecerit, ne quod cogitauerat, ne incio auderet perficere, populi uidelicet, quem mei studiosum cognosceret, tumultū, ac seditionem veritus. Cum verò me ad prandium aliquādo inuitasset; Fani que aperiendi consiliū cepisset

*Præfecti  
impiorū  
que Christi  
anorum  
pro Maho  
meto ini  
quitas.*

pisset exponere: subita quadam animi defectione percussus, atque perterritus, iniquam cogitationem deposuit, mentemque mutauit, adeo vt nō modo ad Fanum referendum Mauris præsidium negaret, sed ad euertendum mihi omnem auctoritatem suam, operamque deserret. Christiani porro illi, qui Maurorum causā seruiebāt, partim interierunt, partim cum in varias miserias incidissent, ex omnium cōspectu ablati penitus euanuerunt. Deus illis ignoscat, quod seruerunt potius creaturæ, quam creatori: Orate pro eis.

In summa quiete, & rerū tranquillitate nunc agimus, cum maioribus indies Christianæ Ecclesiæ incrementis. Populus religione magnoperè seruens, plurimum in uoluntarijs uerberationibus, ieiunijs, supplicationibus, litanijs, cæterisque Christianæ pietatis partibus, officijsque versatur. Singulis diebus Veneris de singulis Christi cruciatibus, penitus nocte in campo suburbano magna hominum frequentia concio habetur: quotidie pueri ad pietatem instituuntur: Dominicis autē, reliquisque festis diebus tres à quadam nostræ Societatis conciones habentur, vna mane ad populum in maximo templo: altera pomeridiano tempore ad seruitia, ad quam audiendam etiam frequens populus conuenit: tertia in publico valetudinario ad ægros. Sacerdotū qui in hac uibe uiuunt, animis non parum ardoris accessit. Quid multa: videre mihi videor imaginē quandam nascentis Ecclesiæ. Præter cæteros haud paucos, qui quotidie Christi cultū recipiūt, sacro fonti admouit mulierem quandā Xaridis Arabiæ Regis, & Mahometis cōsanguinei propinquam, viro nobilissimo, & apud Persas primario, & Xaramazij oratori nuptam. Hic à Persarū Rege auxili

*Terror do  
mini perc  
lit præse  
cti animū.*

*Iusta Dei  
punitio in  
malos chri  
stianos.*

*Teruor no  
uoru chri  
stianorum.*

*Euan geli  
zantiū di  
ligentia.*

*Renascent  
Ecclesia.*

*Regis A  
rabie &  
Mahometi  
consangu  
nea bapti  
zatur.*

F l i u m

lium petijt, quærens vi eam fuisse à nobis idcirco raptam, vt Christi religione imbueretur. Quod quidem ex literis Henrici Mazedij planius intelligi potest, quarum exemplum cum hac epistola mitto. Is autem Henricus legatus Regis Lusitanæ ad Xatamazium pacis componendæ causa profectus est, cum tamen id nulla necessitas postularet. Barbari enim ipsi pacem quotidie stent petere vltro non desunt, quod nimirum nisi pacatis nobis viuere omnino nõ possint. Xatamazius querelis viri huius lectissimæ forminx audis, grauius exarsit, atque ira furens nostrum legatum retinuit, eumq; monuit, vt literis ad Prefectum Ormutinæ arcis datis, mulierem quæ in Christi religionem professã erat, ad suos quò pristinum religionis cultum reciperet, remittendam curaret: alioquin se bellum haud dubie illaturum. Qua quidem re cognita, cum ad deliberandum in concilium omnes conuenissemus, sententiam rogatus illud aperte liberèque respondi: Nolite dare sanctum canibus, nec tradatis bestijs animas consentientium Deo. Cõsultationis exitus hic fuit, vt si opus esset, omnes pro salute mulieris moremur. Sed is, qui sua prouidentia, consilio, nutu omnia moderatur ac regit, huius immanissimæ belluæ rabiem, ferociamque compressit, Et legatus constituta, confirmataq; redijt pace. Mulier quæ religiosiorem me vidisse non memini, honestissimo viro curauimus collocari.

His initiatis penè singulis hominibus tot prodigia, visaque contigerunt, vt omnibus perscibendis par esse non possim. Quidã virginem Deiparam, alij Christum Dominum, alij alia se vidisse enunciabant: nonnulli voces noctis silentio exaudisse humana clariores. Videtur Christus tanquam

*Charitas  
nescit timorem.*

*Cor tyranni  
est in manu  
Dei.*

*Varia pro  
dizia quæ  
Deus ad  
confirmacionem  
nostræ sobolis  
euenire uoluit.*

quã optimus pastor suas oues è Mahometis impuro grege secreuisse. Subibat tunc animo meo cogitatio, quantopere propagari Christiana religio posset in Amano, Arabiaq; felici, vbi quatuor sunt vrbes præter ceteras præstantiq; ac nobiles ex ijs ciuitatibus, quas primas in errorem, ac superstitionem detestandam mira cacodæmonis arte, atque calliditate instructus Mahometes induxit. Homines sunt simplices, & ad virtutem propensi: cuidam principi honesto, probòq; obtemperant. Apud hos templum Iouis amplissimũ etiam nunc extat, eo adificatum tempore, quo Ethnicorum sacra, ritusq; indigenæ illi seruabant.

Ecce autem in ea mihi cogitatione versanti, literæ, quarum exemplum huic epistolæ adiunxi, à Regio Procuratore ex Mascatè redduntur, vnde duo etiam eius loci incolæ terrestri itinere duorum mensium venerunt sacri baptismatis studio ducti. In nostro hic collegio cathecumeni degunt. Multa narrant de totius ciuitatis motu, & ad Christi cultum propensione, meque ab omnibus expectari confirmant. Eorũ expectationi, ac desiderio satisfacere me non posse vehementer doleo. Etenim P. M. Franciscus metuens, ne quasi quodam actu, atque ardore animi, martyrii; cupiditate ad Perfas abriperer: triennium me esse Ormutij iussit. Huius igitur imperij vinculis astritus, hinc decedere nullo modo possum.

Si intra hoc spacium M. Franciscus venerit, ego ad Amanum ibo: sin minus, mittam illic aliquos ex his socijs, quos hic in societatem admisi. Sunt enim ad hæc difficilia, & aduersa subeunda, & toleranda non solum parati, sed etiam incitati, & erecti: neque laboribus maximis deterrentur, quos in illis exceptui

F ij sunt

*Templum Iouis  
veteris  
vniuersum.*

*Amanum.*

sunt oris, vbi & grauissimis caloribus habitatores vexantur, & communis victus non ex pane, qui nullus ibi est, sed ex Coryoris dütaxat, & piscibus paratur. Epistolam facere longiorem non licet, tum quod non solum ipse ad scribendum verbosius, verum etiam ad sumendum cibum sustentationi corporis necessariū destitutum quod cum mihi nonnulla affulget minorum laborū, curarumq; spes, plerūque cumulus adiciatur, imponaturque prioribus duplo maior. Laus Christo pro hac re tribuatur, Placuit Deo Opt. Max. vtiliter hoc anno populū Ormutinum multis, & grauibz morbis, acerbissimo dolore capitis accedente ex nimijs caloribus, quibus hac Insula infestatur, adfligere. Quominus autē nobis desset, quod ageremus, atque apud Deū promeremur: sacerdotes omnes, qui hac in ciuitate sunt, in aduersam valetudinē inciderunt. Ex ijs vnus, & Episcopi Vicarius obierunt. Quapropter mihi vni totius populi confessiones audiendæ sunt, funus curandum, exequiarum iusta faciendæ. Et quia plerum suorum custodum, ac ministrorum opera, & officio destitutum est: cogor idem & Vicariū agere, & Dominicis, alijsq; festis diebus sacrū solenne stans modis, numerisque adhibitis facere, & ad populū concionari. Ago Christo gratias, quando ars Musica, quam adolecens olim, ac meus adhuc existens, non ad hunc quidem vsū percepi, nunc mihi sacerdoti ad cultum sacrorū, & ad res diuinas deseruit. Nec mirū, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: neque bonum modò mihi nunc est vtilē, sed etiam ex malo emolumentū aliquid colligo. Cum siquidem venit in mentem laborum, quos olim impigrē alacriterque nescio qua de causa stultē suscipiebam,

*Euangelizantibus  
vix cibum  
sumere uacat.*

*Charitas  
non est fatigabilis.*

piebam, ac sustinebam: pudeat nunc in difficultatibus, periculisq; pro Christi Religione adeundis defatigari. In præteritorū verò peccatorū memoriam dum redeo, nunquam in diuinis rebus tractandis, Christi q; cultu conseruando, & longē, lateq; disseminādo fatiari possum, cum mihi videar (quod verissimū est) nihil omnino esse quod facio, præ eo quod debeo, quia serū inutilis sum.

Quamobrem vniuersos in Christo fratres ac socios, qui sanè mihi charissimi sunt, oro, atque obsecro, vt in sacrificijs, diuinisq; precationibus mei sint memores, vt dignos efficiar promissionibus Christi. In sequenti anno (Deo iuuante) pluribus verbis ea, quæ hic acta fuerint, scribā. Ormutio ex Collegio à Bono Iesu appellato M. D. L. Paulum illum ex Ethnico loquo Cathecumenum ad vos mitto, non mea quidem voluntate (cū nondum ablurus esset) sed coactus precibus ipsius, quod Lusitaniam, & Romā videre optaret, tum Emanuēlis Lime, qui eum secum ducere voluit. In hoc sinu magna sunt, & periculosa bella cum Turcis. Vibem hi expugnare, ac capere cogitant, In India certè aliquot nauigia ex nostris, quæ contra ipsos instructa incitato cursu ferrebantur, in illorum potestatem venerunt, multis Christianis militibus in eo congressu desideratis. Valde indigemus aliquot ex societate nostra confessarijs, qui cum his classibus proficiscantur. Vt eos mittatis, vos per Deum immortalem etiam atque etiam rogo.

*Loquus in  
Europam  
mittitur.*

*Ormutij anno a Christo nato supra sesquimillesimum quinquagesimo primo.*

*Sit nomē Domini benedictum  
in secula.*

L iij ALIA

ALIA EPISTOLA P. M. GASPARIS  
Belgæ ad fratres suos Societatis  
Iesu. *Orat.*

Pax Christi, &c.



*Aurū alij, alij honores uenatur: hic uero multo labore animas.*

*Militū religio memorabilis.*

Vperioribus literis compluratum Ormutinarum, qua potui breuitate, perluinxi: nunc etiam succinctius, qua me ab Ormutino cum duobus Patribus, iussu P. M. Francisci Xauierij redeunte, ut in Iapaniam proficiscerer, beneficio Dei contigerunt, recensebo. Opinor id fieri, ut in Chinam aliquando traieciam. Nam ut scribit P. M. Franciscus, ita mensis ibi constituta videtur, ut fructus inde longè uerrimus colligi possit. O fratres charissimi, estote mihi auxilium in habendis Deo gratijs, qui fecit misericordiam cum seruo suo, & desiderij meum adimpleuit. A longo siquidem tempore me nescio quibus occultis stimulis, uigero, spiritumque meum eò ferri sentiebam. Cum Ormutio discederem, nullum non mouebant lapidem, ut me retinerent, nostrumque discessum impedirent: sed Dominus liberauit me à laqueis uenantium. Soluete igitur classe, Galeonem (quæ uocant) conscendi, in quo erāt 600. personæ. Dominus uero tanta operatus est sua bonitate, quanta nunquā memini in exercitu me uidere. Erāt enim cōfessiones militū creberrimæ: iuramenta, lusus, malos mores, quibus adfuuerant, deponebant. Dū autē ad optata nauigamus loca, tāta tēpestatis oborta est vis, tantisque naufragij periculis obnoxia fuit nostra nauigatio, ut minimo minus ab interitū abesse uideremur. In eo enim itinere, quod 15. diebus plerūque absol-

absoluitur, licet mēses duos cōsumpseramus: attamen in magno illo grauique periculo ipse me erexit, & solatus sum, causam cōiectās, cur diuina prouidentia in eas nos angustias sineret venire. Postquā uerò Mercatū appulimus, in medijs cāpis suggestū cōponitur, ex quo bis concionem habui. Vltimo die causæ tēpestatum memor, in peccata inuectus, præterquā quòd mulieres à peccādi cōsuetudine abduxerāt, iisq; uiris quorū ad id usque tempus fuerant cōcubinæ, iuxeram matrimonio. Collegi etiā uniuersos, qui se mutuo graui prosequerentur odio, inimicitiasq; gerebāt, quibus recōciliandis ita incubui, ut demū amicitia omnes inter se iungeretur, carceresq; solueretur. Erant inter illos equites duo, qui cum mutuis cōfecti essent uulneribus, & ad paupertatē redacti, propter homicidia, aliaq; id genus facinora, quæ etiā suorum seruorum opera aduersum inuicem patrabant, ad postremū amicos effecti: qui sanctè iurauerunt, publicè manibus missali admotis, se nunquam pacis, amicitiaque iura uolaturus.

Inde uerò uela facientes imus Rurum, Christianos expectatum: ibique semel concionatus sum militibus, & tribunis in ampla domo Maurorū. Dominicis festisque diebus semper ad eos bis sermonem habebā, qui in unam è nauibus se colligebant, ad quam tubis manē, à prandio uerò ad doctrinæ Christianæ explicationē euocabantur. Sub uesperum Litanias, diebus autē Sabbatinis Salue Regina canebatur: cui spiritualis statim in Christi laudem subiungitur antiphona.

Dium tandē uenimus, ubi bis cōcionatus sum, qua ex re multorum inimici animi sunt recōciliati, fructusq; insuper alius nō penitendus est subsecutus. Malis quæ inter illos gliscabant, occurre-

*Mercatum*

*Cōcubinae in uxores uertuntur.*

*Graues militū inimicitie componuntur.*

*Rurum.*

*Dium.*

**Bazainū.**

*Quidā ter-  
tiu ordinis  
Dni Fran-  
cisci stren-  
uus in ui-  
nea Domi-  
ni opera-  
rius.*

bamus tempestiue, quorum ratione cōplures ad  
Maurōs nostra fide abnegata confugebant. Le-  
gentes autem hanc oram venimus Bazainū, vbi  
bis concionem habuī, reperique vnum societatis  
nostræ collegium, in quo erat P. Melchior Gon-  
zales, qui cum morri vicinus sit, idq; (vt nonnul-  
li suspicantur) propter venenū, quod illi pomeñū  
erat haustum, vestris precibus commēdo. Magna  
sanē iactura, quia insignis erat in vinea Domini  
operarius. Inde cū fratre Antonio, qui est ex ter-  
tio ordine S. Francisci, discessi; vt quos ad Christi  
fidem in his partibus cōuertit, & templum quod  
ex Pagodō in monte exciō Deo consecrari cu-  
rauit, viseremus, vbi & sacrum feci. Occurrebant  
autem nobis obuiam Christiani supplicationis in-  
morem, tubis clangentes, & magno iubilo: Deus  
sit benedictus. Haudquaquam ignauus in vinea  
Domini fuit hic religiosus presbyter operarius.  
Orate igitur pro illo, atque etiam hoc nomine,  
quod amicus est Societatis maximus.

*Vrbs stu-  
pendo labo-  
re scalpris  
in rupe ex-  
cisa.*

**Zara.**

Inde pedestri itinere imus visum Pagodum  
quoddam, vocatum vulgō Canarin, re plane pro-  
digiosam. Vibs ipsa in monte incredibili labore,  
& arte cum suis numerosis viculis, & plateis ex-  
cisa, scalpris ad hoc amplius centum ad ciuium  
vsū cisternis ornata.

Inde Zaram discessimus, vbi P. Melchior Gon-  
zales templum magnum erexit. Habet suos etiā  
christianos, qui etiam nos cum supplicatione ex-  
ceperunt, vbi in vnum cōuentibus christianis  
concionatus sum. Hic ipso Omnium Sanctorum  
festo turremē, quæ mihi expectabat Caulū iturus,  
cōscendi, non tamen hæsī in itinere, vt videre aliud  
Pagodū in rupe excisum, quod propter magnitu-  
dinem, multitudinemq; statuanū frequēbatur à plu-  
ri-

plurimis, atque adeo Vliſſiponense templū ma-  
gnitudine vincit. Erat inter eas statuas vna tri-  
ceps, quæ cæteras incredibili mole superabat, tur-  
bus insuper tibiis, totidemque manibus, sed vno  
tantum corpore monstrōsā, cui nomen est Pago-  
dus Elephantis. Inde discedens veni ad hoc no-  
strum Goanum collegium, in quo modō habi-  
to. Ibi inueni P. Melchiorem Nunezium, quem  
rogaui, vt concionari velle, quod non segniter ag-  
gressus, audrores sancto quodam ardore inflam-  
mauit. Crīphanos, dum vacat, doceo, quos & can-  
ere, dum sacrum celebrō, curauī: quo finito, ve-  
ste linea indutus suggestum ascendens, tanto po-  
puli cōfōrtio sum cōcionatus, vt templum non  
caperet. Fuit quoque institutum, in gratiam pio-  
rum quorundam religiosorum nostri ordinis a-  
mantissimorum, vt concionæ in S. Franciscō:  
Pater verō Melchior Nunezius in summo tēplō  
meo in loco sufficeretur. Die Veneris sub vespē  
ram de poenitentia concio habetur, qua finita cō-  
plures videas terga sibi flagris concidentes: tan-  
tusque est populi concursus, vt existimem, cum  
templum non sit omnium capax, necessarium  
fore, vt conciones in medio instituantur foro.

Goæ 1553.

Vester Gasparus.

**ALIA EPISTOLA R. P. GASPARIS**

Rectoris collegij Societatis Iesu Goæ in

India ad R. P. M. Ignatium eiusdem

Societatis Præpositum generalem.

Anno 1553.

Gratia

*Idolū Ele-  
phantis tri-  
ceps.*

## GRATIA ET PAX DO.

*mini nostri Iesu Christi sit semper*

*vobiscum.*

A M E N.



**M**ENSES sunt propè 14. et quo Insulam Ormutium reliqui, euocatus literis R. P. M. Francisci, vt in Iapaniam cum ea, quæ primò suscipiatur navigatione, proficisceretur. Et quoniam sex primis mensibus eò nauigari propter anniuersariam ventorum ac maris tempestatem non poterat: qui huius collegij Rector erat, me hortatus est, vt dum commoditatem nauigandi expectamus, his in rebus, quæ ad institutum Societatis nostræ pertinent, me occuparem. Cum itaque concionibus ad populum habendis, eiusque confessionibus audiendis, nec non aliis id genus pijs operibus vacare cœpissim: tantus Dei beneficio ad eum populum rediit fructus, quantum morum mutationem in huius gētis hominibus nemo vnquam mortalium meminit accidisse. Sed de his P. Emanuel Fernandez plenius eoram, qui eodem loci à P. M. Francisco accersitus, vbi permulta, ac præclara diuino adiutū auxilio patrauit, nunc præter omnē expectationem ex insula Iapania feliciter est reuerſus. Iapanensium aliquot secum abduxit, in Lusitaniam ad te Reuerende in Christo pater primo quoque tempore mittendos, vt ad eas aliquando regiones maiori cum virtutum incremento,

gregi

*Maximus  
Euangelij  
fructus.*

*Iapanenses  
in Europā  
mittuntur*

gregi dominico vtiliores reuertantur. Caterum, R. P. licet ego mihi meæ imbecillitatis conscius, sciam me vniuersis meis multis partibus impar sustinere: attamen cum certo certius sit, nullum esse Deo acceptius obedientia, sui que ad alterius arbitrium submissione sacrificium, verbis facile consequi haud possum, quam audenti desiderio cupiam me tum Christi obsequio, tum proximorum salutem, cuius quoque nobis mandata est cura, deuouere. Abijt P. M. Franciscus duobus sibi ex nostræ societatis adiunctis, in Chinam regionem longè amplissimam, vtpote, quæ ex vna parte mari Schytico abluitur, ex altera verò Tartaream dicitur attingere Maiorem. Duos præterea in Iapaniam misit, illius regionis linguæ operam daturos, vt eò accedentes, quos à te mittendos putamus patres, ac fratres possint liberius commodiūque opera fideli interpretum Euangelium populis illis annuciare. Magnam spem concepimus fore, vt propediem, diuina adiuuante misericordia, tum in Iapaniam, tum in Chinam nobis accessus pateſcat: quo desideriorum nostrorum, solam Christiani nominis propagationem sitientes, facti compotes, vnaque gens ad veram D E I cognitionem adducta, à dæmonum liberetur cultu. Apud Ormutium subrogatus est Pater Gonsallus, cum alio fratre, qui circa conciones, confessiones, aliæque pietatis opera, magno cum fructu se exercet, vt ex literis, quæ illinc ad te mittentur, prolixius cognoscas, in quibus multa etiam de harum regionum situ describuntur. Arcem quæ in Ormutio est, Turcæ hoc anno obsidère, quo tempore

*Nihil Deo  
acceptius  
obedientia*

*Quam late  
pateat Chi  
narum re  
gio.*

*Turcæ Or  
mutium ob  
sident.*

tempore nec bene merendi de proximis, nec patientiæ patribus defuit occasio: verum iam obitio soluta est, quod quædammodum acciderit, vobis illos significaturos putamus.

*Cambaia.*

In arce Bazaino. quæ in finibus regni Cabaia sita est, agit Pater Melchior Nunezius cum tribus fratribus, nec mediocres sunt fructus, quos indigenæ, & Lusitani tum ex concionibus, tum ex studio, atque officio fratrum erga se percipiunt. Ibi Collegium est societatis redditibus annuis, qui in vsus eorum, qui ad fidem Christi quotidie veniunt, insumuntur, magnifice donatum. Inter cætera autem, quæ plurima in communem utilitatem ordinavit, præcepitque P. M. Franciscus, non postremum est, ut pueros indigenas in collegium nostrum adscisceremus, qui in eo tres, quatuorve annos in Christiana doctrina eruditi, morumque honestate formati, ipsi quoque ad gentilium animos à perniciosa superstitione ad Christi fidem traducendos viles aliquando esse possint.

*Templum virginis in Tanaa.*

In Tanaa templum habemus satis amplum Deiparæ Virginis sacrum. Est autem Tanaa magna vrbis Insulæ Zalsette nuper Maurorum multitudo frequentissima, ipsaq; & arx Bazain exitu quo intervallo dirimuntur: ibi agit P. Franciscus Henriquez cum alio quodam socio, quibus hoc studio est, ut ad verum, ac syncerum Dei cultum, & fidem Barbarorum animos inducant.

*Dion.*

In Dio metropoli regni Cambaia aliud quoque Lusitanorum propugnaculum visitur, in quo degit P. Antonius Gomezius cum vnicò socio, concionum suarum, quibus plurimum pollet, acurleo in animis auditorum relicto, multis existit ad Deum verum posthabito idolorum cultu convertendi occasio.

In Cocin civitate regni Malauari, quæ Imperatori Cambaxin pareat, arcem quoque statuerunt Lusitani, in qua ceptum est extrui collegium Societatis nostræ: hoc anno Dei gratia perficiendum, cui præest vnà cum fratre P. Antonius Eredia. Vterque autem dum præter ea munia, ad quæ voti sacramento obstringuntur, nulli parcunt operæ in sedula puerorum institutione: incredibile est, quam vberem sterile alioqui solum proferat frugum messem.

Insula Seilam ambitu suo 300. miliaria continet, maxima in ea Cinamomi, malorum aueorum, cæterorumque copia est: Cælum tenue, purumque, ac propterea salubre, & ad vltimo verbo cõpletar, tota adeo amœna, & voluptates comparata, ut credant incolæ paradysum alibi non fuisse. Habet in ea Rex Lusitanicæ castella complura, prædiis firmata, in quibus agit Pater Emanuel Moralez, qui Proregis Indiæ paucis ab hinc diebus, literis inuitatus, vnà cum Legato Seilam viro amplissimo, ac in fide Christiana probe à nobis superiore anno instituto, eò profectus est, tentaturus animum Regis, num & ipsum possit Christo lucrifacere. Verum quamuis pius P. nullis non se offerat laboribus, ut illius loci Barbarorum animos per diligentem Christianæ fidei inculcationem à dæmonum cultu auerterat, auersosque eodem relabi prohibeat, nec minimam liberis eorundem instituendis operam impendat, adiutus à Fratre nostro Diaz: Rex tamen cum se in hoc vsque tempus (nescio quo malo genio) difficilem nimis, durumque exhibuerit, sedulo conatus non par respondit successus.

Reuerendus Pater Nicolaus Lancilotus agit in arce Caulan cum duobus sociis, moderaturque loci illius

*Cocinum.*

*Aliud collegium Societatis Cocinense.*

*Seilani Insule ambitus.*

*Cinamomum.*

*Rex Zellæ Christianus.*

*Arx Caulan.*



**Collegium** illius Collegium, quod Commorinorum concursu est multo celeberrimum Est autem Cetera prouincia sinui maris exposita, in qua, ac toto illo tractu maximus est Christianorum numerus, & (vt audio) supra 60. millia Horum Neophytorum fidem confirmant, ac cæteris, qui vel catechumeni sunt, vel nondum ad fidem animum adiecerunt, operas suas nauant P. Enriquez, fratresque alij duo, quibus vt regioni illi maritimæ commodius hæc ratione succurratur, alij duo in auxilium submittantur.

**Chiroman deli S Thomæ creditur martyrio coronatus.**

Incolis Chiromandel, quæ regni Bisnagæ ciuitas est, Euangelium annunciauit B. Apostolus S. Thomas, a quibus extremo quoque supplicio affectus, martyrij coronam consecutus est: contraque opinionem eorum, qui corpus B. Apostoli translatum credunt, totus ferè hic populus illud apud se esse aserit, cuius rei nõ obscura argumenta adferunt. In sepulchro B. Apost. inuentum corpus factis amplius, ac procerius, suauissimum de se odore spargit, quod magna in hodiernum usque diem ueneratione ab omnibus colitur. Sepulchrum verò in rupe excisum est, in quo & sanguineas cernere est maculas, & crucem in eo excelsptam, quæ admodum videre est in ea, quã ad vos misimus, huius sepulchri imagine. Huic rei fidem quoque faciebat ipse ciuitatis

**Sepulchrum S. Thomæ**

Præfectus, lignum ostendens incredibilis magnitudinis, quod Apost. dum uiueret, è longinquis regionibus ad locum, in quo palatij Regis extruendum erat (Archuo vocat) manu miraculose aduexisse ferunt: cuius ligni ea est vastitas, vt ne bouum quidem copiosa multitudo loco mouere queant. Ex eo ligno (quod ueneretur) fabricatã ad te crucem ac cistellã misi. In hac ciuitate agit P. Cyprian. cum altero è Societate fratrum, quæ ætate iam effecta (60. enim, vt nosti, excedit

annuum

annum) iuuenile retinet animum, inuictum se præbens ad omnes labores, vt & Indos ad purum Dei cultum traducat, ac in officio retineat Christianos.

Malacca vna est ex ciuitatibus regni Malagiorum, populosa admodum, quæ cum toto regno pariter Imperatorum Xatane, cuius imperio tria alia quoque subiecta sunt regna, nempe Cyõ, Patanez, & Achenos. In ea arcem habet Lusitani, ad quã è Iapania, China, aliisque maribus Scythici circumiacentibus insulis, nec nõ è Malucis naues cõmeantes, appellere solet, ibi collegium est societatis, in quo magno cum incolarum fructu versantur P. Nicola. Francisc. Perez, & alter quidã è nostris fratribus. Ea loca superiori anno copulres infestabat barbarorum exercitus: quum ipsis hoc anno agatur nondum acceptimus.

In insulis Malucis à quibus Garyophyllum aduehitur, complura sunt, locisque munitissimis collocata Christianorum propugnacula, magnisque in iis locis Christianorum numerus, apud quos agit P. Ioã. Beyra, cum tribus aliis, quatuorue societatis fratribus, quæ se totos iis impediunt. Plurimum eis molestiarum exhibent perpetue illius regionis pluuiæ, tum Indorum, Maurorumque conatus impij, quibus fratrum nostrorum cõcepta subuertere molitur Magna sunt, & stupenda, quæ apud illos edit Deus suæ omnipotentie argumenta, quibus & suã gloriã mirum in modum cõmedat, & dæmonis arrogantem impotentiam reuincit.

In Amaguci ciuitate clara insule Iapanensis agit P. Cosmas Torrez cum altero quodam è fratribus nostris. Recentius ex ea nihil allatum est, quam quod à Patre M. Franciscõ accepimus.

De habitantibus in Sina tantum id scribo, quod fertur homines esse prudentes, iustitiamque cultores, & qui de veritate, præ cæteris sibi cognita (vt autumant) plurimum gloriantur. Certus sum in ea regione urbem esse à Iudæis habitatam:

nura

**Malacca Malagiorum ciuitas. Imperator Xatane. Mare Scythicum. Malucca. Collegiatus Maluccense.**

**Garyophyllum in Maluccum nascitur.**

**Perpetue pluuiæ.**

**Amagucium.**

**Chinenses qui et Sineres nã prudentes.**

*China ad  
Germaniã  
usq; uel sal  
te Tartar  
os dicitur  
pertingere*

*Vtinã non  
idẽ in Euro  
pa accide  
re:*

*Zocotote  
silus.*

*Goa de  
scriptio.  
Idalsim.*

num & alios aduenas habeat, mihi adhuc incertum est. Aiunt vna ex parte ad Germaniam vsq; peringere: verum propter frigoris vehementiam ea loca nulli hactenus sunt latis (quod sciam) explorata. Negociandi gratia ad vides maritimas sapè coeunt, reliquarum gentium commercia spernunt, De cæteris à P. M. Francisco certiores siemus, quanquam nihil magni ab eo hoc anno expectamus: quandoquidem (vt taceam longissimam nauigationem) sex mensum iter illi iterum faciendum est, priusquam ad Regiam Imperatoris Chinæ perueniat. Multæ sunt prouinciæ, quæ operarios desiderant, quarum incolis magnam possent Societatis Patres vtilitatem, si adessent, adferre, sed deserere sunt (proh dolor) propter operariorum inopiam. Nouit Deus qui angar, quod æquissimis plurimorum petitionibus, quibus non raro nos sollicitant, satisfacere non possim, illorum præsertim, apud quos B. Apostoli Thomæ extant haud obscura Chæritiana religionis vestigia: multi indies defectu euangelizantium pereunt, sed potissimum in insula Zocotora, quæ in Angustis maris, quod Dameca dicitur, sita, versus mare rubrum procurit inter Æthiopiam, & Arabiam. Hæc sunt ferè quæ de Patribus Societatis per Indias dispersis scribenda habui, qui aliquot millibus milliariorum ab inuicem distanti, non aliter quàm literarum beneficio rerum suarum inter se communicationem habere possunt: verum Domino Deo cura est de nobis, qui qua est clementia, animis nostris tantas addit vires, vt labores omnes quantumuis graues eius nomine susceptos, pro leuibus ducamus.

Goa habet in circuitu 6. miliaria, & qua parte, Regnum Idalsum spectat, continenti coniungitur

gitur, varias habet circum se quibus imperat insulas. Plurimi in ea Christiani noui sunt. Frequens admodum populo est, totiusque Indiæ facillè præcipua, atq; ideo sedes Proregis, aliorumque huius regionis administratorũ, necnon ipsius Episcopi. Est in ea Societatis nostræ collegium, in quo 30. ferè scholastici Societatis habitant, ac sacerdotes 4. quorum duo vnã cum classè Proregis, quã contra Turcas Ormutium obsidetes instruxerat, profecti sunt non sine maximo fructu, vt ex literis filij Proregis cognoui. Nullũ enim tempus à conuersionibus, confessionibus, & aliis quã plurimis, quæ exigebat locus, tempusque piis operibus vacuum illis erat. Præter hos 30. alios 20. plurẽsque ad diuersa Collegia dimissimus, post varia humilitatis, & charitatis ipsorum sumpta experimenta. Sed pauci cum sint his in regionibus iis ingenij dotibus præditi, qui ceruicem feueriori Chæritianæ disciplinæ subdere velint: nõ ita numero fecundus est societatis grex, quod parum idoneos recipi expedire non videtur. Quotquot hic degunt ex nostris, paratissimi sunt quibusuis laboribus, & periculis pro Christi nomine se opponere, quæ animi ad labores promptitudo, ac alacritas omnibus hic agentibus imprimis est necessaria. Continuum nobis cum Turcis, Mauris, & Indis bellum est, nulla vnquam pax, nullæ induciæ. Et quoniam hæc regio non tyronibus tantum, sed & veteranis plurimum facessit negotij, in quo quanta sit cuiusque virtus, ilicò claret: idcirco homines impigros, industrios, ac in multis, magnisque rebus versatos, spectatõsque desiderat. Habemus præter collegium scholas quoque publicas, ad quas promiscuè quosuis admittimus: nec minus discipulorum nostrorum modestia, quam

*Collegium  
Goense.  
Bellum in  
Turcas.*

*Promptitudo  
laboribus in  
vinea Domini  
necessaria est.*

*Schola publica.*

*Semiservi  
Indie.*

*Ceterum  
ergo patres  
spirituales  
efficiat.*

*Non quare  
ad sacerdo  
tium eligunt  
eos.*

præceptorum doctrina paucos Indicos inuiri  
exponitur: *Benedictus sit Dominus Deus.*

Nam cum viderem ex collegio hoc tantam ex  
quodam seminario plurimos, ac maxime ido-  
neos non ita multo post tempore prodituros fi-  
des diffaminatores: quæ nota fides est, & fiducia  
de bonitate divina, licet arboris opus non fo-  
re ad has regiones conuertendas ex Europa mi-  
ni operarios de nostra Societate. Semper hæc  
Collegio opus est sequere, plurimum sacerdo-  
tum opera, tantum est Goæ occupationum, con-  
fessiones dico, conciones, interminationem abo-  
litiones, adque tenentur id generis opera: que  
res faciunt, ut incedat illi sit incolarum erga So-  
cietatem prophanus, & beneuolentia, summi  
expectatio, maxime æquid omnes parum, si-  
muloque auctoritas. Vnam illorum de nobis  
pauca respiciamus atque tunc nos facit Deus,  
quæritur hæc populorum. Ad hæc donum neminem  
notum promotionem, cuius virtutem, eruditi-  
nem in laboribus perferendis patientiam per-  
tiam non habebimus. Hæc intra parietes col-  
legij nostri quædam distinctio a futuris loci  
pueri circiter non indiget omnes præter paucos  
quorundam Lusitanorum filios. Hoc nouum ex-  
mentem (sic enim appellare iubet) gubernat, ac me-  
deratur P. Paulus, homo labori, ac molestiæ  
patientissimus, ad illi adiuncti sunt socij, cum  
quibus hanc prouinciam partiantur. binus in  
his sedulo, ut peperius sit hic puerorum nume-  
rus, quibus post triennium, quo legere, scribere,  
ac pie viuere discant. liberum erit quodcumque  
vitæ genus amplecti: illisque de idoneis susce-  
pto vitæ genere magistris à collegij Rectore  
prouidebitur, qui non prius illorum curam de-  
ponent

ponet, paterna interim erga illos in omnibus pie-  
tate, ac sollicitudine vtentes. Quæ ad eam atate peru-  
nerint, in qua victum ipsi sibi, honesta aliqua ratione  
parare possint. Præterea placet & tertium eiu-  
Collegij, in quo alij 70. pueri, sed orphani alan-  
tur, non sine delectu omnes, sed in quibus non obicu-  
ra virtutis, ingenijque indoles reluceat. Hos omni  
diligentia, omni-que studio, primùm virtutis, deinde li-  
terarum tam prophanarum, quam sacrarum cog-  
nitione excolemus, vt his præfidiis instructi, labo-  
ranti Societati auxilio sint, vel tanquam socij,  
vel tanquam subsidiarij: alij vt aduersus infide-  
les militent, vel vt alia quavis ratione his regio-  
nibus succurrant. Nonnullis etiam vbi sacris ini-  
tati fuerint, diuersas prouincias describemus, vt  
illarum curam agant, idololatriam exterminent,  
fidem Christianam inuehant, stabiliantque, adsi-  
gnabuntur. Porro ad hoc opus Lusitanorum  
filios potissimum deligemus, ac Indorum eos,  
quos cæteris ingenij acrimonia præstare cogno-  
uimus, qui in altero illo collegio, (cuius pro-  
ximè meminimus) erudicentur. Iam quadra-  
ginta summæ spei adolescentes, qui magno vsui  
sunt patribus, ac fratribus nostræ Societatis, hæc  
delectos: incedunt candidati, cruce rubea pectus  
insigniti. Cæterorum R. P. vt hæc quidem pro-  
re nata, atque adeo (vt nobis quidem videtur)  
necessitate excogitauimus: ita quoque sententiæ  
tux expectamus calculum, quo si institutum no-  
strum probaueris, diligenter id obeamus: sin tan-  
quam minus aptum accommodatus suggesterit al-  
liud, illi incubamus toti. Thesarum illum indi-  
gentiarum, seu iubilæum, quem superiori anno à  
summo Pontifice nobis, atque his regionibus im-  
petratus, Goæ promulgauit: idem cateci Societ.

*Tertium col-  
legium Go-  
ense.*

*Candidati  
crucis effi-  
gie signati.*

*Iubilei fru-  
ctus maxi-  
mus.*

Patres, ac fratres per Indiam dispersi singuli apud suos facti erunt. Nullam puto unquam Iubilei promulgationem hac fructuosiorē fuisse. Totam namque civitatem, atque adeo uniuersam Indiam sua vitiorum tyrannide oppressam sic excitauit, & crexit, vt profligatis sublatisque grauioribus sceleribus, noua huius vrbis facies videretur, tum quæ secuta sunt conciones ad hanc morum emendationem stabilendam plurimum momenti habuerint. Et quanquam non desuerunt, qui operi tam pio sese opponere ausi sunt: tamen eorum conatus vsque adeo non obfuit, vt plerorumque pijs accensis desideriis huius beneficij multo vberimè participes sint effecti.

*Æthiopia  
Rex Prato-  
lanus.*

Sciibo ad te R. P. mores, etiorisque quibus infecti sunt Æthiopes ij, qui Regi quem Pratiannem vocant, imperio parent, omnia quidem quàm fidelissimè, & vt relatu quorundam Lusitanorum, qui hoc ipso anno inde venerant, se habere cognoui. Apud eos nostrum nomen iam innouit, per quendam Alexim, quem ego aliquando in his regionibus commemorantem, de rebus fidei plenissime instruxi, hic Regi à consilio est. Dedi ad Regem literas, quibus rogo, vt prestatem mihi faciat eundi in Æthiopiam, vt Lusitanis, qui in ea versantur, aliquā presentia mea opem feram: uouit, vt est, si opes spectemus, splendidissima conditio, ita si animos vitii irretitos, eterna manet gehenna: afflictio: quin etiam vltro illi meam operam obtuli, ad ipsos quoque, si illi ita videretur iuuandos Æthiopes. Aiunt Regem suis erroribus, qui partim Ethnici, partim Mahometani, partim Iudaici sunt, valde adductum: tamen animo sit in Lusitanos propensio admodum, & beneuolus, spero ad voluntatem animi respon-

*Mixta Æti-  
opum reli-  
gio.*

surum. Ad Lusitanos quoque inibi habitantes scripsi, sperare me fore, vt liceat cum ipsis reliquum vitæ meæ transigere, qua etiam sola occasione futurum dicunt, vt sine vlla mora non modo Rex me sit accessiturus ad se, sed complures ad montes vsque Æthiopiae obuiam nissurus, qui me non procul à Macua scilicet ad rubrum mare obiectum Sinai monti expectabunt. Oro te Reuertende in Christo P. (nisi aliud in Domino expedire magis videatur) vt mittas mihi successorem, liceatque mihi per te in eas regiones proficisci, ibique reliquum meæ senectutis exigere. Video enim mercedem non mediocrem, & premia amolissima iis omnibus proposita, qui circa re omnium longè diffusillimā, simul ac laboriosissimam (extirpationē cur dico errorum animis Æthiopum inistorum) desudabunt. Vitā id genus hominum agit durissimam, & afflictionibus corporis asperissimā, carnibus crudis vescitur, beluarū in uniuersum mores non hominū tenet. Cōfido tamen vbi semel iis purius Euangelicæ veritatis lumē affulserit: ad vitā humaniorē, Christianisq; dignā traducendos. Et quandoquidē ablata est occasio mihi proficiscendi in Iapaniā, & Chinam: prælagit mihi animus Dominū Deū, quadragenariā meā ætatē hisce regionibus cōseruare, quod ipsum quoq; omnes augurantur fore, vt hoc onus humeris meis imponatur. Ipse verò penuriam ibi fidelium operariorū, naufragiāq; animarū grauissima mihi proponēs: percipio sanè quibusuis laboribus, ac ætūnis pro Christi noīe me obicere, det perficere, qui dedit velle: veruntanē in Christo Pater tuū conciliū esto, apud te enim tanquā iumentū factus sum. Vale. Goæ prid. Id. Ian. An. 1553.

*Macua  
porius ma-  
ris rubri.*

*Cur labo-  
riosissima  
in Æthiopiā  
expeditio.  
Carnibus  
crudis ves-  
cuntur Æ-  
thiopes.*

T. P. Filius indignus Gaspar  
G iij E X

## EX LITERIS REVERENDI

Patris Henrici Henriquez, missis ex urbe

Punicali 8. Id. Nouemb. An. 1550.

ad Reuerendum M. P.

Ignatium.



Sinus Peshariae.

*Punicalem  
suum dili-  
gentia ad  
cōtribules  
suos cōuer-  
tendos.  
Latinas o-  
rationes e-  
discunt.*

Vperioribus annis (Reuerēde in Christo Pater) de Christianis in sinu, cui Pesharia nomen est, degentibus, deq; suscepti negotij successu, multa ad te accurate perscripsi, quae omnia in hūc vsque diem Dei beneficio, in suo consistunt vigore, sumuntque indies incrementa maiora prioribus, quam ad rem mirum in modū quorundam huius regionis hominum diligentia, & probitas cōducit, quibus per diuersa loca dispositis, curam exponendae incolis fidei Christianae imposueramus. Nec dubito, quin tā multos aliquādo huiusmodi viros excitaturus sit Dominus, vt omnibus huius maritimae orae angulis abundē prospiciatur: quos nō nisi prius omnibus fidei mysteriis abundē institutos, multisq; in rebus perspectos, solemus in hanc arenam producere. Iamque experientia didicimus nihil esse, quōd solliciti simus de locis his, quibus id genus hominum praest. Tam sunt rerum diuinarum studiosi, tamque in fortmandis ad pietatem Christianorum moribus operam conferunt, perficiuntque, dum suam ipsorum vitam recte, atque ordine instituant: vt exemplo magis, quam verbis quod volunt persuadeant. Nemo nunc est virorum, ac mulierum (senes ex-cipio in quibus aetatis vitio, memoriae vigor extinctus est) qui non latine, ac memoriter Orationem Dominicam, Salutationemque Angelicam pronun-

pronunciet: praeterea Symbolum Apostolicum Malaurica lingua (quae his vernacula est) expressum plerique callent omnes, multi etiam plura hisceperunt. Ad haec quotidie de fide Christiana patrio ipsorum sermone scribo, ac compono, quae si quando me abesse contingit, vniuersae concioni viris quidem die Dominico, foeminis autē die Sabbati ex libris recitantur, ne quicquam eos lateat, quod non sine fidei, ac bonorum morum derimento ignoraretur. Est in comitatu meo scriba quidam Indus à latere meo nunquam discedens, cuius praclarum ingenium, ac memoriam singularem non possum non admirari: assiduamente mihi praestat operam, siue per literas sint admonendi Christiani, siue diuinae quaestiones, de quibus non rarò me cōsulunt in alteram partem definiendae. Multi sacramento poenitentiae ob inopiam sacerdotum destituuntur, solus enim (tameñ nullum tempus à confessionibus audientis vacuum sit) tantae multitudini non sufficio, quod sine maximo animi mei dolore videre non sustineo. Illi qui ad hanc oram mittentur, paruo negotio linguae cognitionem assequuntur, adiutum Grammatica arte, tum vocabulario satis locuplete à me super hac re edito. Disputationes inij hoc anno cum nonnullis Indorum, de quorum doctrina incredibilis erat omnium opinio, à quibus cum inferiores illi, ac conuicti discessissent, mirum quantū roboris ex ea re animis Christianorum accesserit. Bona spes est populū quendam interiora huius regionis incolentem consanguinitatis vinculo iam factum Christianis devinctum, ab idolorum cultu propediē ad Christi fidem accessurum, quanquā non sine plurimis, ac maximis laboribus eorū conuersio, ac instructio

*Viri Do-  
minico, mu-  
lieres sab-  
bato docen-  
tur.*

*Grammatica  
Malauri-  
ca.*

*Doctores  
Indi conu-  
cti.*

*Viginti mi-  
lia bapti-  
zati.*

transigatur. Summa omnium plus minus viginti milium (vt audio) est. Oro vos per Iesum Christū vt conatus nostros vestris orationibus adiunctis. Vnus illorū nos tam ex vrbē Somniculi est allocutus, vir profecto omnīū, quos adhuc his in regionibus videre contigit, prudentissimus. Is antea quoq; vnū se Deum coluisse memorat, ad cuius nonnullas interrogationes cū appositē ( vt illi videbatur) respōdissem: corā recepit se Christianū fore. Sub id tempus accersiuit me, vt infantem suū grauitē ægrotantē inuiserem, quē cum adiuu sem, rogassēmq; vellent ne animā agentē puerulū sacro baptismi lauacro in vitā æternam renasci? Cur (inquit ille) nō fiat tanti beneficii particeps? Suscepit itaque sacrum baptismi infantulus, ac eadem noctē migravit ad Dominum. Non ita multo post, ipse quoque cum vxore, ac altero qui supererat filio, etiam baptismi sacramento renatus Christianus effectus est, vnaque mecum hic Punicali docendi munere strenuē fungitur.

*Collegium  
studiorum  
Cantariēse*

*Valetudi-  
narium ex  
structum.*

*Pietas in  
pauperes  
Ethnicos  
mouet.*

Misimus ad Collegia Societatis nostræ, quæ Gog & Cantari instituta sunt, primariorum huius maritimæ oræ virorum filios, qui vbi redierint, non parum conatus nostros sua autoritate, integritateque promouebunt, disseminatores & ipsi doctrinæ Christianæ futuri. Circa valetudinariam superioribus annis inchoatum, omnia (Iaus Deo) se habent optime, estque admirationi non Christianis tantum, verum etiam Mauris, ac Indis, qui vno ore omnes tam pium ac sanctum opus laudibus ad cælum efferunt. Diligentiam enim, ac pietatem erga ægros illorum, qui in eo curantur, priusquam vidissent, ne cogitatione quidem assequi poterant. Curam ædium sacrarum primoribus vrbium commisimus, tum etiam in

cos

eos animaduertendi, qui graue aliquid commiserint, quàm id rectè, successus prosperi indicarunt. Equidem verbis exprimere non possum, quàm magnum experiamur ad quiduis efficiendum ex favore procerum presidium. Plurimi Christianorum iam eo progressi sunt, vt possint de fide interrogari, singulorum rationem reddere, nonnulli etiam nihil dubitant cum Ethnicis disputationes suscipere, victorq; ad manus dandas cogere. Gratulor Indies magis, magisq; regionibus istis, de dono fidei quod Christus Iesus ipsis pro immensa sua bonitate dignatus est largiri.

EX LITERIS PATRIS ANTONII  
*Quadri ad Patrem Magistrum*

*Mironem.*

1555.

Gratia, & pax Christi. &c.



X literis ad Conimbricenses missis T.R. facile intelliget nostri itineris rationem. Nunc ijs de rebus te certiorē faciam, quæ, ni vehemētē erem, cūm propter voluptatem quam adferunt multiplicem, tum etiam consolationem, quam afflictis animis subministrant incredibile, dignissima erunt cognitione. Cūm igitur cum Præfecto classis eadem veheremur nauī, in Gogsem vrbem 9. Nouemb. appulimus: quæ res ciuibus tantæ fuit lætitiæ, vt nos non secus, quàm saluis suæ acciperent authores, & studio, obseruantiaque prosequerentur singulari. Sanè (vt ingenuè fatca) adeo corroboratur in fide hic populus, ex Patrum

*B. P. Francisci Xauierij labores eximij, & uirtutes.*

*Raptus in Deum.*

*Eucharistie ueneratio.  
Diuina cōsolatio.*

Patrum Societatis laboribus qui huc commigrant, ut mirari desinam, si quæ de nobis habetur opinio, & existimatio, tantum eam vincat, superetque, quæ alibi est, quantum labores, & difficultates his in locis maiori cum fructu existit, qui desudantur, gratiores. Nam M. Francisci uirtus, & opera tanta, & etiam labores quos pertulit, tanti extiterunt, ut sim nescius, possitne quispian labefactare, & euertere, quod Deus Optim. Max. per ipsum statuit, ac erexit. Pedibus in Iapaniam cum iter faceret, meditationibus in Deū adeo intentus fuit, & abreptus, ut haud infrequenter contigerit in truncos grauius impingere, ut ipsidem etiam uestium suarū partes laceratæ adhæserint. Semel in horto nostro dum inambularet, atque à quodam domestico, quid rerum ageret obseruatus, in Deum esse deprehēdebatur raptus: sed ad se rediens uertus ne à quoquam cerneretur, manu adnota pectori dicebat: Domine sit satis, nihil quæso amplius. Somni tempore, cui parum tribuebat, crebro edere solitus erat spiria eiusmodi: O bone Iesu, ô Domine, ô Creator mi: ac eius generis uia, uariaque uota. Quāto tempore in nostro uersatus est collegio, se tota nocte in secretiorē locum oraturus recipere solebat, ex quo conspici uenerabile Sacramentum poterat. Cum nobiscum interdū uersaretur, diuino sæpenuerò gratiæ sensu abundare uisus est, & demissa cōsiliis consolatione recreari, ut secedere interdū, id ne perciperetur, coactus sit. Ab oratione semel rediens, fratribus quibusdam uaticinando dixit: anno sequenti tristitia ad nos Lusitania adferentur nuncia, quemadmodum & euentus comprobauit. Tantoperè animo collectus, & apud se erat, ut etiam si cum hominibus,

fami-

familiariter admodum uersaretur, deq; rebus humanis promiscuè sæpè tractaret: nihilominus in eo tantam inesse spiritus vim omnes sentiebāt, uix ut ullus in faciem eius oculos conijcere propter obseruantiam, qua cum prosequerentur, auerteret. Germanus frater meus mihi retulit, qui frequenter terra, mariq; cum eo longissima emensus est itinera: se uidisse in nauī ab hora noctis prima, usq; ad diei crepusculū semper ipsum orationi instituisse. In æde D. Thomæ cui addictissimus erat, certò scimus cum diuino numine afflatus totas noctes nonnunquā in somnes duxisse. De mō pro sua petulātia, cum semel in illū irruēs eū fustibus percussisset: haud tamen ualuit abrupte ipsius orationē, quoniā diuina fueretur consolatione, dæmon uerò superatus turpiter abiret. Deum tantam in oratione, munere diuino celestis gratiæ lætitiā sensit, ut non infrequenter exclamarit: Domine plus satis animi uoluptatum. Neque enim in carne tantas cōsolationes expebar, sed malebat in futurā uitam eas prorogari. Enīmas, & labores uehementi affectabat desiderio: predicare solebat se nunquam maiora dulcedinis experimenta percepisse, quā in Moluccis, ubi humano, diuinoque destitutus erat subsidio. In difficultatibus uerò cōstitutus cum esset, uicē à Deo contendere solebat, ne ijs eriperetur, nisi se fortè in maiores, & grauiorēs transferre dignaretur. Sed & diuina bonitas pro eius morem gerens desiderio, eum in graues multiplicisque passus est uenire calamitates, quæ si accurate scribendæ sint omnes, dies, chartaque me citius, quā materia destituat scribendi. Quo tēpore ad Comorinū promontorium sese cōferebat, cetero mihi cōstat certius, quòd interdū, noctuq;

mini-

*Pernitentiā in oratione.*

*A dæmone impugnetur.*

*Laboris et afflictionis desideria.*

*Vigiliae.**Abstinētia**Pericula  
mortis.**Eiusdem  
exercitia  
spiritualia  
in populo  
cōuertēdo.*

minimum temporis quieti, somnoq; tribuebat, cum ab occupationibus, laboribusq; præter duas, tresue horas nihil temporis superesset. Quod ad victum pertinet, bidui spacio vix duorum denariorum consumebat panem. In medijs versabatur periculis mortis propter gentiles, qui eum ad cedem exquirebāt: verum nocturnis Christianorum excubijs plerūque fuit seruatus. Quid? quod semel totam noctem in arbore confidens, cum iugulum ipsi peteret, ac minimo minus confodissent, ipsum tyrannidem effugit: Aduos & permultos labores Malaccæ, quo quater concessit, in Amboinis, Moluccis, & Morinis insulis Christi nomine laborum suorum cumulis adiecit, dum promiscuè adultos, imò & pueros, quos æris sonitu quotidie conuocabat, partim concionibus, partim doctrina Christiana instituit. Audiendis insuper confessionibus, colloquio à peccato auocandis, infirmis in xenodochio curandis, tum spirituali colloquio eos solādo, aut ijs opem ferendo, qui in extrema cum morte versantur lucta, incredibile dictū est, quā illi laborum omnium molestiæ citra defatigationem fuerint iucundæ. Et in hūc modum tota die laboribus insumpto, sub vesperam ad xenodochia iterū suam impensurus operam, se conferre solebat, vbi multa obseruatione compertum est, nō ante eum ab oratione desistere consueuisse, quā obrepente somno, terræ allideretur, sicque humi stratus, paululum somno indulgebat, qui etiam tum ea erat leuitate, vt vel ad minimum ægrotantium gemitum excitaretur, eis opem laturus. Pares quoque labores in nauigationibus, terrestribusque itineribus ab eo emensis, non absque periculis, ex inclementia cœli & tempestatum procellis obor-

tis,

tis, sustinuit. Semel propter longissimum vadum tenuemque maris profunditatem ad tria prope miliaria nauis adfricata fuit fundo, donec in portum subiret. Ter in mari Maluccensi naufragium fecit, & semel triduana in tabula natatione euasit: sed in terram cum appulisset certius etiā mortis imminebat à Mauris (qui ipsi insidias tendebant) discrimen, nisi se in palustribus locis abdes, eorum sanguinarias manus declinasset. Ad hæc multis sæpe diebus in summa rerū omnium periclitabatur egestate, aut si quid forte contingeret, nihil erat iecurum à suspitione veneni, vel à grauissimis, quæ apud Iapanenses plurima sunt ferorū generibus. His autem non impeditus, pedes quocunq; tēdebat locorum, tameti ple- runque vti potuerit equorum operam: nudis pedibus quanuis frigore tumorem contraxissent, incedere gaudebat. Illud fortè etiam scriptu non fuerit indignum, quòd in Iapaniam cum nauigaret, Deus illum non absque singulari miraculo à telis quibus aliquoties ab infidelibus impetebatur, incolumem seruauit. Tandem omnium suorum laborum finis extitit mors felicissima, quæ Cantanz, quæ Chinesium est ciuitas, contigit. Ante mortem verò Deus ita ipsum solatus est, tātumque æternæ beatitudinis, Deique videndi desiderium immisit, vt paululum ante mortem scriberet: quamuis hætenus me vitæ longioris tenuerit cupiditas, tum vt Christo seruirem, nomenq; eius apud infideles illustrius redderem, tū vt hos ipsos ad veri Dei cognitionem traducerem: tamen Christi desiderio ardenti huiusmodi affectus iam planè emortui sunt, & extincti. Dormiabant enim in B. P. illi, quibus in Deum, vt sciam tandem aliquando cernerent, serbatur.

Pauper-

*Ter nau-  
fragiū pas-  
sus.**Egestata  
magna  
pressus.**Telis impe-  
titur.**Cantanz  
moritur p-  
Frācisus.*



*Paupertas  
in or.*

Paupertatem semper studiosissime coluit, cum & in collegio adhuc agens, non secus atque mendicus cibi paululum sibi dari rogaret. Neque in qua nauim alio apparatu, quam veste, breuiario, & pio quodam libello instructus conscendit. Quod cum cererent milites (durum alioqui genus hominum) Christi amore commiseratione permoti, ei & indusium, & calceos, aliaque id genus necessaria suppeditabant: tantumque abest, ut abiectum illud paupertatis specimē ipsum viliores, contemptibilioremque vectoribus efficeret, ut ab omnibus maiori reuerentia, obseruationeque coleretur, ac optime, primisque locus illi decerneretur. Ut autē superioribus suis fuit semper obsequētissimus: ita etiā pari submissione non solum Episcopos, eorumque Vicarios summē etiam ad tenā prouolutus veneratus est, verum etiam inferioris status pietate conspicuos viros, ac aliorum ordinum religiosos obseruauit: quod & ab alijs nostrae Societatis hominibus obseruari voluit. Ega- plebem, Christi insistens vestigijs sic sese comparauit, ut proximorum saluti concionando totum diem, noctem verō orationibus vacans tribueret omnipotenti Deo. Id sanē ut gloriosissime, ita & verissime praedicari potest, eum in rebus agendis cum hominibus, concionibusque ita valuisse, ut in quo horum plus valuerit ad profligandas peccatorum consuetudines haud facile sit diiudicare. Receptum etiam consuetudine, cum in hac ut re moraretur, habebat, ut pueros, & vtriusque sexus captiuos magno numero in templum nolae pulsu conuocatos, Christianae religionis imbueret rudimentis. Porro quod ad Lusitanos, Indosque multarum concubinarum (quas libidinis explenda gratia alebat) nomine suspectos pertinet, huc

feri

*Honorata  
paupertas  
bonorum.*

*Obedientia  
Episcopis  
debetur.*

*Dies integros  
proximo, noctes  
orationi  
impendit.*

ferē in modum ad saniores studebat reuocare mentem. Nam quos rescuerat tres, aut quatuor alere, eos orabat, obsecrabatque, ut vel vnā saltem relinquerent: quod reliquae voluptati explenda sufficerent abunde. Qua re non difficulter impetrata, post decem, aut duodecim dierum interuallum, rursus eos conueniebat, ut vna adhuc repudiata, saltem periculum facerent, paucioribus consuescere possent. Id quod toties cum illis tentabat, donec exosi tuncem, illicitamque omnem immundiciam, remotis a se concubinis omnibus, castam planē ducerent vitam: in quorum numero vnus erat, qui se plus minus nouem oblectabat concubinis. Cum deprehendisset qualem enormi peccato esse inuolutum, & immersum, ut illius saluti consuleret, se primum illi consuetudine admodum facili, & domestica, nihil diuinarum rerum attingēs, insinuabat. At verō parata iam amicitia, quae nonnullius patiens foret ad demeritionis, tunc oportune, & importune a scelerē, & turpitudine vitae abducere, & ad meliorem viuendi rationem reuocare contendebat: dixisset illud Diui Pauli in eum verissime quadrare: omnibus omnia factus sum, Qui ea valebat dexteritate, cuiusuis sese accommodans ingenio, citra pietatis, & religionis iacturam in conuertendis enormibus peccatoribus. De perpetratis peccatis cum diuina gratia miraculis, constanti spectatorum virorum sermone, qui cum eo ad Commerorum promontorium nauigabant, ferebatur eum quāplurimos pristinae sanitati restituisse, depulisse quoque ab obsessis daemones, & raro admodum orationem dominicam supra aegrum orasse, quin eum quoque eadē oratione curaret. Maltae cum aegrotus decuberet, vaticinādi spiritu

*Graves  
peccatores  
conuertēdi  
modus opti-  
mus.*

*Qui omni-  
bus omnia  
factus sit.*

*Donum san-  
nandi a-  
egros.*

*Vaticina-  
tur.*

afflatus

afflatus Lusitanos de infidelibus victoria por-  
 tuos prænunciauit, priusquam tamen de militum  
 aduentu, pugnaque foelici quicquam esset intel-  
 lectum. Quendam sibi amicum quo die in insu-  
 la Amboina apud superfluitas esse desiderat, in no-  
 stro templi oprecibus auditorū animæ ipsius salu-  
 tem commendauit. Iam etiā illud constat, quod  
 mortuum ad vitam excitārit. Accepi & à viro la-  
 panensi oculato teste, quod ediderit tria miracula  
 admodum celebria. Vnum erat, quod muto, &  
 paralytico loquendi, & gradiendi facultatem cū  
 virium integritate restituerit. Alterum, quod sur-  
 do auditum reddiderit: tertium quod muto lin-  
 guæ vsum donauit. Idemque affirmabat eū hoc  
 nomine in Iapania pluris fieri, quam totius Eu-  
 ropæ quencquā. De ipso & illud ferebatur, non  
 esse reliquos Societatis patres huic similes, ac pa-  
 res: sed longo post illum interuallo relinqui: ca-  
 teri enim vnus tantum interrogātionī responde-  
 re poterant: hic verò etiam 10. vel 12. diuersa in-  
 terim quærentibus vna ratione satisfaciebat.

*Mortuum  
 fuscitauit.  
 Paralyticū  
 surdumque  
 sanauit.*

*Donū lin-  
 guarum.*

Atque illi hoc genus respondendi non erat infre-  
 quens, & inusitatum, quod proculdubio Dei  
 munus erat amplissimum. Ad hæc vir quidam  
 cū exularet, prauisq; conscientie stimulis in  
 varia impelleretur facinora, mihi narrauit se ad  
 P. Franciscum tandem concessisse, cui cū tuas  
 miseras detexisset, suamq; salutem commēda-  
 set: in xenodochio à P. excipitur hospitio, vbi per-  
 suasus, vt octauo quoque die confiteretur, & sa-  
 cram sumeret Eucharistiam, dicto citius ad me-  
 liorem vitæ normam, & frugem peruenit, pacē  
 inter ipsum, partesq; aduersas composuit: postea  
 verò suauis, in Lusitaniam vt proficisceretur, illud  
 vnum enixè commendans, vt frequētī cōfessione

tan-

tanquam amoris erga se argumento conscientie  
 maculis elueretur, idque sibi pro impenso pieta-  
 tis officio abundè satisficere. Is quidem omnino se  
 id facturum recepit, sed promissorum securus in  
 Indiam post, biennio omni cōfessionis vsu post-  
 habito, P. N. Franciscus in Bassain degens salutā-  
 di gratia occurrit, cui mox P. obiecit cum nihil  
 minus quā fidem prestirisset, imò ne semel qui-  
 dem ex quo discessisset, sacramentali confessione  
 conscientiam exonerasse. Hæc sanè P. Franciscus  
 nulla potuit humana ratione, sed inspiratione  
 dumtaxat diuina cognoscere: quod toto biennio  
 longo admodum locorum interuallo disiuncta  
 fuissent, & cum vir ille salutandi gratia P. Fran-  
 ciscum adisset: nulla, inquit, constabit mihi tecū  
 consuetudo, ni prius peccatorū confessione ira-  
 tum tibi Deum reconcilies. Paruit ilicò salubri-  
 ter monenti, ac etiam sequenti die venerabili  
 communicauit corpori Dominico, nec sine ma-  
 gno scelerum suorum dolore. M. Franc. dum vi-  
 ueret, vir insigni sanctitate clarus cū fuerit, qui-  
 que semper sui contemptum, laboresq; magno  
 studio consecraretur, in primis verò diuini no-  
 minis celebritatem, amplitudinemq; quærebat:  
 voluit etiā Deus vicissim gratiæ, & honoris ali-  
 quid ei in terris tribuere, absentiumq; facta etiā  
 secreta pandere, vt omittam, quod licet in terra  
 longo tempore cum calce humatus fuerit (quod  
 industria quorundam amicorum factum est, sta-  
 tim vt carne excesa, ipsius ossa possent cōmodius  
 euita asseruari) non fuit tamen Deus, vt vel mi-  
 nima pars corporis eius à calce arrosa, cū sume-  
 retur, vt vel ad eum modum corporis integritas  
 tem præmio quodam ante tēpus cōtra ordinem  
 nature ornaret. Cū aut in hanc urbem delatus

H

esset,

*Cur in ea  
 ce sepultus  
 Xauier.*

15. *Menses  
a morte P.  
Franc. iuii  
da, succo-  
que plena  
caro perdu  
rauit.*

*Miraculū.*

*M. Gaspar  
Zelandus.*

esset, quantumvis iam diu vita defunctus, adeo tamen recens apparuit, & viuus, succoque plenus, ac si iam primum obisset. Quare biduo sic postulante populo, in templo iacuit, quò factus est longè maximus pietatis ergo concursus, quod contestabantur, dum nullum finem eius corpori rosaria sua admouendi, pedes exosculandi, faciebāt, Tantaq; fuit Ecclesia cōsolatione perfusa, vt nullus siue sacerdos, siue religiosus, siue etiā plebeius potuerit à lachrymis tēperare. Et quod propè preterierā, contigit nauim, qua corpus Malacca uehebatur, in vada impactā a deo hēsisse, substitisseque; vt nulla humana vi vel latum quidem vnguem loco dimoueri possēt: quod vbi nauarum perenserunt, nequē ad eam rem vllum subsidiū agnoscerent: implorato sancti, cuius corpus uehebant, auxilio, se, nauimque ei commendārun, vnde consecutū est: vt confestim post vora, p̄cēsq; nauitarum cū omnium admiratione nauis se vadoso tollente loco ad optatum traiecerint portum. Cæterum si omnia pro dignitate, quę ad huius viri mortem, vitamque pertinent, stilo exaranda forent: in immensum citius crescat opus. Sanè ea morum probitate illustre fuit omnibus exemplum, & declinandi peccata, & faciēdi bona, vt mirandum non sit magnoperè Societate nostram hic locorum præcipua quadam veneratione coli, obseruarique.

Sunt & alij Patres ac fratres in India, quos pro virili patris huius vestigijs insistere conatos possum confirmare. Etenim M. Gasparus Zelandus vir cum priscis etiam sanctis committēdus, perpetua laude vel hoc nomine dignissimus est, quòd quadam sancta, & facili conuersione, & amorum suauitate immensum populū ad Deum per-

pertraxit. Ad hæc laborum eius, quos hic breui quidem, quo vixit, tempore, perulit, tātus est numerus, eaque magnitudo, vt illud Solomonis ei planè competere videatur: Consummatum in breui, expleuit tempora multa. Sex enim vel septem annos duntaxat in India vixit, tres in insula Ormutina, quæ ita torretur solis ardoribus, vt necesse habeant homines in aquis viuere seseq; nihil refocillare. Bis nihilominus, vel ter hebdomadis singulis, æstibus non obstantibus concionabatur, necnon quotidie pueros, & captiuos doctrinam Christianam edocebat. Mercatores vero non pigebat etiam indies in casibus, qui nūquam non occurrunt, conscientie diligenter informare, vt hac ratione in contractibus, & communi vita iustitiæ, æquitatisque essent obseruatiores. Nullam prætermittebat hebdomadā, quin cum Mauris, & infidelibus disputaret. In confessionibus potissimum Lusitanorum audiendis assidius erat. Quin etiam hoc commemorant, totum illud tempus, quo apud eos fuit, propter frequentem sacramenti penitentie iterationē ipsi quadragesimale visum fuisse. Multas lites composuit, plurimos à sceleribus ad piam vitam adduxit. Inuisere quoque pro sua cōsuetudine pauperes in xenodochio degentes non obliuiscēbatur, ijs suam impendens operam. Veruntamen licet se totum proximorum salutē deuouisse omnibus videri poterat, haud paruam tamen sui in pietate profectus habuit rationem, quippe qui orationibus insisteret, variisque penitentia operibus, qualia sunt ieiunia, flagellationes; humi cubationes, aliaque id genus adflicte carnis operibus vacaret. Tres duntaxat horas plerumque dormiebat, & quod per-

*6 annis in  
India euā-  
gelizauit  
Gaspar.  
Ingētes ar-  
dores Or-  
mutij.  
Gasparie  
ingētes la-  
bores.*

*Per duos  
menses ho-  
ram unam  
quotidie  
tribuebat.*

naturam vix possibile est, duobus integris men-  
sibus per singulos dies horam tantum somno  
tribuebat. Dies etiam integros absque cibo non-  
nunquam traduxit, vt confessionibus excipien-  
dis, quæ tum fiebant creberrimæ, accurrente ma-  
gna Lusitanorum militum frequentia, qui paulò  
pòst bellum contra infideles commissuri erant,  
liberius vacaret. His misericordiæ operibus,  
quibus & summos, & infimos sibi demerebatur,  
tantam contraxit apud omnes gratiam, & fau-  
orem, vt ab omnibus patris loco, quòd ipsius o-  
pera, ministerioque diuina benignitas ac clemē-  
tia eos de peccatorum cœno eduxisset, coleretur,  
ac obseruaretur. Vsurarios, plurimosque alios  
in distrahendis mercibus ad restitutionem trigin-  
ta millium aureorum induxit, quæ pecunia tum  
in nuptias pauperum virginum, tum in suble-  
uanda priuatorum, seu domesticorum pauperū  
eegestate, tum in Ecclesiæ vsus cesserunt.

*Plurimæ,  
& ingētes  
restitutiōes*

Miro zelo, & ardore salutem proximi sitiebat:  
vnde factum est, vt munere, & concessu diuino  
ea polleret gratia, qua paruo admodum nego-  
tio, quod vix alij magno perficiunt molimine,  
homines planè perditos, deploratosque in viam  
reuocaret Christianiæ viuendi. Sed & si quis vi-  
tio alicui ita implicitus erat, vt nullas audiret ad-  
monitiones: pecunia cum ad sanio rem mentem  
traducere studebat. Etenim cum semel quidam  
planè obstinato perseueraret animo, nec vllis in-  
duci vellet rationibus ad deserendum peccatum:  
cum plus minus 20. aureis datis (quos elemosy-  
næ nomine receperat) perduxit in odiū, fugamque  
peccati. Euenit etiam fortè fortuna, cum quen-  
dam confessionem refugientem, ad eam obeun-  
dam studeret inducere, neque tantillum quidem profi-

*Donum cō-  
uertendi  
proximos  
eximium.*

*Notatu di-  
gna indu-  
soria ad cō-  
uertendum  
proximum.*

proficeret: vt sancto quodam astu hominem  
circumueniret, ac quod volebat impetraret.  
Nam cum verborum blanditiis hominem in do-  
mum suam pertraxisset, eique ingresso ostiū oc-  
cludens dixisset, se cum nequaquam domo di-  
missurum, nisi facta prius peccatorum exomo-  
logestille quasi inuitabilis foret necessitas, ita  
se composuit, vt & libenter, & syncerè vulnera  
detereret conscientiæ, ac gremio restitueretur ec-  
clesiæ, quod illi cum primis salutare fuit, nā pau-  
cis pòst diebus militiam profectus occubuit. Vi-  
deri non immeritò poterat Dominus Deus per  
huius patris solertiam, militi vim adferre voluif-  
se, ad leuandum ipsum peccatorum mole, quem  
sciebat non longa huius lucis vsura fruiturum.

Dum Goæ ageret, plurimum suo exemplo  
ciues instruxit, quia tam sacra, quam propheta  
mira cum dexteritate gerebat. In templo no-  
stro hebdomadis singulis semel, in alijs verò  
quinque, interdum septies cōcionabatur, quod  
munus tanta hominum frequentia, deuotioneque  
obibat, vt res sanè digna videretur, quam omnes  
admirarentur. His accedit, quòd in audiendis cō-  
fessionibus, atque misericordiæ impendendis o-  
peribus tam erat assiduus, vt de die fumendi ci-  
bi facultas esset adempta. Hinc fiebat, vt me-  
dia plerumque de nocte cibum fumeret, & in  
letalem incideret morbum, cuius alia non ex-  
stitit causa, quam quòd supra humanas vires  
immenso forti, infractoque animo sustineret  
labores. Tanta autem fuit penè ciuium omniū  
mestitia ex huius patris decessu: vt eum plan-  
ctu, & lachrymis tanquam optimum, piensissi-  
mumque parentem omnium prosequerentur.  
Etiam in Amboina insula ex nostris Christo-

*Labores  
graues, &  
continui  
mortis actu  
lere Gaspa-  
ro.*

*Amboina  
insula  
aerbitas.*

phorus Riberus à M. Francisco eò amandatus, rebus ibi gestis non parum celebris extitit: qui postquam in ea insula plurimos ad fidem Christianam conuerterat, solus ipse inter eos cum Lusitano quodam remansit, qui sua ipsius deuotione incitatus adesse ei uoluit. Ibi uero cum non esset alia uiuendi ratio, quam quæ eius regionis incolis uernacula est, dura, & perdifficilis, humi cubare necessum illi erat, ac tam dura, acerbæque pati, ut pedibus uix consisteret. Et quòd raræ charitatis exemplum est, in ea corporis infirmitate iubebat se in stragulo ad Christianorum pedes deferri, ut uel moribundus illos uisitaret, erigeret, & doctrina catholica iuaret. Atque in hac sancta functione, legitimoque certamine tam diu constanter persistit, donec animam, à quo acceperat, Deo redderet.

*Stupendum  
charitatis  
exemplum.*

*Malacca.*

Malacæ est Pater Alphonsus à Castro, cuius uita, propter integritatem, & morum innocentiam, delicias eius populi, existit gratissima.

*Morina in  
sularum  
scilicet  
uilitas.*

In Morinis insulis, in quibus multi sunt nostrorum Christiani, P. Ioannes Beira cum tribus fratribus habitat, qui omnes uehementer affliguntur propter loci nimiam sterilitatem. Quare & Magister Franciscus pia amoenitate spiritus, quæ abundabat, gratia Dei ex re nata, quæ ibi est corpori ingrata, spiritui uero iucunda, eas potius nuncupandas dicebat esse insulas diuinæ gratiæ, & sperandi in Deum, quam Morinas. Etenim cum præter labores graues, & pericula plurima, etiam rerum temporalium, & uictus necessarii summa ibi uigere egestas: maxima sese offert in Deum conuertendi occasio, cuius in obliuionem delicia, rerumque affluentia inducit. Hinc quoque pro more habebat M. Franciscus eos laudibus effere,

ferre, qui tum in Moluccis, tum in Morinis insulis morabantur, propter asperissimum, quod ibi tolerandum erat, uitæ genus. Inter ceteros, qui in Moluccis habitauerunt, ac Christi insignes athletæ fuerunt, haud postremus extitit P. Franciscus Perezus, qui magnopere illius loci incolas uita sua instruxit, confirmauitque, ac propter perpetuos exanellatos labores iam ferè exhaustus est: quos cum in plures potuisset distribuere, unus studio salutis proximorum constanter obiuit. Habituuit annos tres Cocini, ubi bis, terque hebdomadis singulis concionem ad populum habebat, ut alia pietatis officia, quæ, ut erat mira dulcedine, & morum suauitate præditus, quibus erudiebat populum, omittam.

In Comorino plurima, præstantissimaque opera Deus effecit, estque ibidem frequentior, quam alibi Christianorum numerus. Ferunt enim esse centum & triginta Christianorum millia, quam non sine difficultatibus ad Christianissimum fuerunt perducti, conseruati que. Primus omnium hoc opus adgressus est M. Franciscus, quæ postea 6. uel 7. secuti sunt, in quorum humeros totam illam prouinciam M. Franciscus sic distribuit, ut cuilibet certa quædam oppida, & uibes conuertendas assignaret. P. uero Criminalis menses singulis totam prouinciam percurrerebat, considerando, & rationem exigendo quid quisque in promouenda Christiana fide profecisset.

Cuius mors, quam fuerit uoluntaria, atque ideo gloriosa, quantaque charitate ornata, nisi uelut plurimum constare arbitraret, prolixius de ea non pigeret exarare. Nam cum posset mortem effugere (iâ enim aduentantibus hostibus nauim conuolenderat) uoluit tamen ad suas oues redire,

*In Comori  
no 13000.*

*Criminalis  
martyrii.*

metuens ne pueri, reliquique homines magno numero in littore sine duce, & pastore consistentes, si in Maurorum incidissent manus, Christi Domini fidem abnegarent.

Itaque charitate incensus è naui profligit, quoscunque potuit ad naues adducens, mori potius eligens, & lanceis confodi (vt paulò post accidit) quam teneros illos, ac rudes Christianorum animos in salutis discrimine deserere: satius ducens salutem corporis perdere, quam tot animas in dispendium salutis venire. Tandem enim occurrentibus in via militibus, lancea confixus, dein ad templum in quo multi Christiani supererant, accepto vulnere se contulit, vbi ante altare oras capite truncatus martyrij optata laurea promeruit post tot labores coronari. Cuius sanè vita digna fuit tam faelici exitu, quòd præ reliquis Societatis Patribus, qui in his locis egerunt, admodum in pietate effulserit. Qui tamen plurimis virtutum generibus esset ornatus: hæc tamen vna in eo elucebat maximè, quòd diebus singulis se ad orationem trigefies in genua prouolueret, secutus in eo D. Bartholomæum, qui centesies quotidie orabat. Reliqui eius collegæ, qui & laborum socij, & professionum comites fuerunt, nonnulli vinculis detenti, alij infidelibus venundati, alij verbera ab iisdem experti fuerunt. E socijs quos B. M. Franciscus habuit, vnus fuit Hêricus Henriquez egregia admodum virtute, qui in huius Patris demortui locum suffectus est, curam, & administrationem omnium in promontorio Cômorino christianorum gerens. Quantùm porò ipsius charitas, prouidentia, mansuetudo, atque labores in ea christianitate effecerint, testatur abundè amplissimus Christianorum numerus, qui ipsius curæ subsunt. Aduersa ab

*Trigefies  
in die orabat.*

*B. Francisci  
discipuli.*

infidelibus plurima expertus est, propter eos, quos recens à tenebris, ad fidei lumen traduxit. Socium habuit P. Paulum Valleum, qui etiam egregie suam operam illi Christianitati impendit, linguæ patriæ cognitionem breui tempore consequutus. De quo etiam M. Franciscus affirmabat virum esse magnæ perfectionis, & sanctimoniz, id ex eo etiam liquet, quòd ab infidelibus captus, & carceribus totum mensem mancipatus, compedibusque vincetus nihil aliud edit, nec desiderauit, quam Crizam aridam, purumque fontem: qui tandem confectus ætate, post multitudinem bonorum operum, & laborum, in Domino obdormiuit.

Rex quidam gentilis alij è nostro sodalitie, vt eum supplicio afficeret, manus iniecit: quòd diem Dominicum celebrari curaret: atque infideles, qui inter Christianos adhuc versabantur, ad fidem nostram amplectendam sollicitaret. Sed hic tandem Deo volente liber euasit: alius verò è fratribus eadem scilicet de causa, quòd Christianos erudiret, ab infidelibus qui venerant bellum illarum Christianis, occisus est. Demum cunctis pro Christiani vinea excolenda his in locis absumptis, remansit præter P. Henricum Henriquez, & alium fratrem, nemo qui feris obstitere: ij tadem & ipsi capti, & vinculis arctè adeo constructi sunt, vt Patrum manus ac pedes intumescerent, ipsum tamen in honore habuerunt ob sanctitatis opinionem: & tadem fuit redemptus: alter verò ad quasdam naues nostrates ad 3. mil. distantes effugit. Itaque labores, angustiaz, mors denique ipsa Patrum, & Fratrum nostrorum magnos fructus his in locis peperere.

Pater Nicolaus Lancilottus Italus, cui propter lingu-

*Alius inedia consumptus.*

*Alius martyrio afficitur.*

*Alij incarcerati.*

*Collegium  
Caulanense.*

singularem virtutem, & prudentiam M. Franciscus summam curam Commorini promontorii commisit: tamen si admodum sit debilis, & imbecillus, nihilominus eius opera Dominus in administratione collegij Caulanensis vitur, quod P. Francisci studio, & diligentia erectum est, in quo sunt 40. vel 50. pueri Christiani primatum Commorinensis promontorii, quos fidei rudimenta, bonoque mores edocet, & in literis humanioribus institui curat.

*Pauli cuius  
dū studium  
& labores  
Valetudinario ere-  
cto agris  
infruit.*

M. Paulus duos annos Mozambicæ non sine fruge illius populi, eoque amplissimo famâque: vitæ ad Indiam vsque delata, exegit. Iam annus est decimus, vel duodecimus, quod Goæ habitat, spirituales curam Christianorum eiusdem vrbis, & potissimum catechumenorum gerens, ut ij in fide catholica bene instructi, postmodum baptizentur. Valetudinarium, quod hodie appellamus in gratiam infirmorum erexit, vbi iisdem magna cum charitate inseruit. Ac præter hæc munia illi etiam incumbit centum puerorum ad fidem conuersorum institutio, qui quidem sunt in collegio, sed à nostris seiuncti: neque ob hæc omisit confessiones admodum frequentes excipere. Verè strenuus est, ac illustis Dei operarius.

Pater Emanuel Scilan, Goæ: Pater Anthonius Eredia Cochim: M. Gonçalus Ormutij, & Bazaini: Pater Balthazar Diaz Goæ vineæ Domini egregiam operam impendunt, magno populi applausu his in locis, imprimis quod patres nostri tanta cum alacritate in exteras has, & lōgè semotas, barbarasque terras, proficiscantur: nā cum quis nostrū quinq; sexue annos Ormutij in solitis, qui ibi summi esse solent, laboribus vixerit, naturaliter diutius protrahere vitā posse negant. His accedit,

accedit, quod qui in India est populus, vno ore affirmet; nunquam frenum potuisse Christianis, qui ex Europa aduenerunt, iniicij, & rectam viuendi normam dari. Nisi postquam Societas in has partes aduenit. Nos proinde superioribus diebus adiit quidam Religiosus Pater instituti Diui Francisci (qui ordo his in locis nobis est coniunctissimus, & familiarissimus) referens, ea de causa se ad nos amandum impelli: quod videret nusquam ita nomen Iesu coli, & in veneratione haberi, quemadmodum iis in locis in quibus Societas vigeret. Quis autem fructus, & honor diuinus ex hoc puerorum collegio manat, qui nostræ curæ, & institutioni parent, ex parte hinc cognoscetur: quod quidam puerorū è collegio hoc fuga elapsi cum in infidelium potestatem venissent, cogerentque eos Mauri ad fidem Christianam abnegandam, & Maurorum impietatem amplectendam, idque intentata morte: nihil tamen promouerūt, quam obrem Iesu Christi fidem deserendam putarent. Verum ipsi licet captiui tenerentur: quæ res ipsorum poterat labefactare animos à fidei constantia: tamen vincetos tam infideles, quam reliquos Christianos hortabantur, ne Mauris vquam fide iungerentur, adeo ut in pueris, & adolescentibus firmiter fidei donum impressum videatur, quam adultis, & iam ætate prouectis

Annus est, & amplius, quod nauim quandam Turcæ deprædati sunt, in qua permultos Lusitanos in captiuitatem abduxerunt, cum triginta adolescentibus Indis: quorum qui minimus erat, nouem annos habebat: maximus natum seximum sextum nondum excesserat: quos importunè,

*Franciscani  
in India so-  
cietati ma-  
xime fauēt.*

*Pueri bene  
instituti ma-  
iores in fide  
firmi.*

*30. Adole-  
scētes capti  
& Turcis.*

*Adolescentum Indorum inter tormenta in fide constantia.*

tunè, vt Turcicam legem susciperent, nunc blanditiis, nunc minis, flagellisque adhibitis sollicitantur. Neque tamen, cum exquisitis supplicijs, crudelitateque summa in quorundam vibices laetum accensum guttatim instillassent, (quod visitatum est apud eos genus tormenti) quenquam à fide Iesu Christi potuerunt dimouere. Quare indignati Tyranni vi eorum vnum circunciderunt. cui cum pueruli acclamarent, eum tandem Mahometanum esse, quod circuncisus esset: illis iste respondit, se cum vi circuncisus sit, non voluntate Christianum se verè adhuc esse.

*Clora sit.*

In quadam insula Ciora nuncupata, quæ à Goa ciuitate sesquimiliari distat, multi ad Christianam se conuertunt fidem. Patrum huius collegij Societatis ministerio: qui templum ibidem exerunt, vbi quidam insigni probitate, & virtute habitat, institutioni Christianorum vacans. Eò Dominicis, festisque diebus, Goa sacerdos vnus proficiscitur, tum vt sacrum faciat, tum vt cõcionem ad populum habeat. Vt autem vnum in locum cogi possint, qui ibidem agunt, festis, Dominicisque diebus, ac aliis ad doctrinam Christianam explanationem, quæ sit in templo, conductus est quidam veluti præco mercede, cuius opera in euocandis, cogendisque in vnum hominibus vtimur. Est & alius vir insigni probitate venerandus, qui illis omnibus præest, veluti Christianorum eo in loco degentium pater, gubernator, & iudex in controuersis componendis, aliisque in rebus, dum res ita postulare videtur.

*Petrus*

*Mazcareg*

*nas Prorox.*

*Dominica*

*ni.*

*Frãcisiani*

Prorox D. Petrus Mazcaregas ad obsequium diuinum, voluit tres in partes Goensem insulam distribuere, sic vt pars vna religionis viris instituti D. Dominici, altera Patribus D. Francisci, tertia nostris

nostris assignaretur. In qualibet autè parte vnus est protector constitutus, qui incolas tucatur, ac iisdè de rebus necessariis prospiciat. Cuius etiam officium est, vt iudicet, & corrigat, cum ratio ipsulum exigat. In ista vrbè Goensii non paruus fructus ex doctrinæ Christianæ apud pueros expositione colligitur, qui Dei beneficio summa deuotione, & studio eam & discunt, & memoriæ commendatam pronunciant. Sub noctem domi eam alta voce recitantes, domesticos docent. Quæ res adeo Proroxem crexit, consolataque est, cum id audiret, vt aperto capite, iunctisque, & in coram leuatis manibus, Deo gratias ageret, quod ipsius nomen tantoperè apud infideles clarum, & illustre fieret. Quamuis autem doctrina Christiana diebus singulis priuatim doceatur: publicè tamen Dominicis, ac festis diebus primò in templo nostro, deinde in carceribus, tum aliis in locis huius vrbis explicatur.

Confessionum occupationes sunt admodum frequentes, ac inter Patres reliquos M. Ioannes Flander plus cæteris in ea functione versatur, quipè qui de more habet ab aurora vsque ad vespertam vacare hominum confessionibus audiendis; ne ocio quidem cibi sumendi relicto. Pater Emanuel ad infirmos, qui sunt in diuersis ædibus plurimi, solet se conferre: tũ vt quosdam soletur, tum vt alios qui moriuntur, iuuat: nonnũquam etiam cõcionatur. Alius verò Patrum dum præsens est, quatuor horis diebus singulis docet: concionatur Dominicis festisque diebus: vacat etiam confessionibus audiendis, atque ira neque huic defunt occupationes, quibus aliquid conferat in communem vtilitatem proximorum. Dei Opt Max. munit, omnes vt rectè valeamus, ita quisque habet etiam

*Pueri domesticos suos docent doctrinam Christianam*

*Confessio admodum frequens. Ioannes Flander.*



etiam plus satis in quo occupetur. Optarem us no-  
bis plures adesse cooperarios, quò messi, quæ a-  
pud nos est copiosissima, paulo commodius suf-  
ficiat colligendæ. Nam ex defectu Patrum socie-  
tatis nostræ obtigit cuiusdam negotij iactura,  
quod ad diuinum honorem, & multorum in po-  
pulo Chinesi amplissimo conuersionem specta-  
bat. Dum enim ad Regem Chinesem nepotem  
suum veluti legatum ablegaret D. Petrus Pro-  
rex, simulque expeteret, vt de nostris vnus itine-  
ris comes daretur, non factum est ipsius desi-  
derio satis, quòd nullus superesset, quo absque ali-  
quo huius gentis dispendio carere possimus. Præ-  
terea non ita pridè de iis, qui in sinu Persico ver-  
santur, eos Christianam fidem profiteri accepti-  
mus, quam D. Ioāni Euangelistæ ferunt acceptam,  
qui ibidem Christi fidem promulgauit. Deus nos  
sua gratia dignetur, vt & horum quoque deside-  
riis satisfacere possimus. Mihi enim nunciatū est,  
eos vehementer expetere rectam in Christianis-  
mo informationem, atque à viris probis, & reli-  
giosis visitari. In continētis vrbibus, quæ iam im-  
perio Regis Lusitanæ subduntur ( quod velit  
Deus sua pace firmare ) poterit quoque non exi-  
guus percipi fructus. Tantum illud reliquum est,  
vt T. R. ad nos homines industrios, & his obeun-  
dis muneribus accommodos, necnon ad diuinum  
Iesu Christi honorè amplificandum oportunos  
mittat, qui pro sua bonitate, ac in has gentes mi-  
sericordia nobis etiam largiatur gratia, vt ipsius  
voluntatem sanctissimam intelligentes, eandem  
perfectè exequamur.

Goæ 8. Decemb. Anno 1555.  
Seruus in Christo  
Antonius Quadrus.

EX

## EXCERPTA EX LITERIS

P. Michaelis Baruli, Goæ scriptis ad eos  
qui sunt de Societate nominis Iesu  
in Lusitania



**D**IGNATA est diuina boni-  
tas miraculis quibusdam edi-  
tis, B. P. Francisci Xauierij san-  
ctitatem & confirmare, & illu-  
striorem reddere. Accepi enim,  
mulierem quandam in oppido  
Coccino inter cæteras hominū turbas, vt sacrum  
corpus, quod illac nauigio Goam transferebatur,  
cemeret accurrisse, nec minus importunè quàm  
obnixè rogasse nautas, vt aliquid è copore dicti  
Patris sibi daretur. Post multas tandem preces, cin-  
guli quo B. P. vti consueuerat, particulum obti-  
nuit, quam illa religiosè argento affabrè excul-  
pro includi curauit. Ad eius verò contactum qui  
vel febri, vel alia corporis ægritudine laborabant,  
adeo miraculosè pristinam consequebantur san-  
nitatem, vt infirmitatis deinceps nullum rema-  
neret vestigium.

Huius sacrū corpus, ad euitandum ingentem  
hominū cōcursum, vidimus ea nocte, quæ proximi-  
mè diem vndecim milliū virginū sacrum antec-  
dit: nec enim quisquā hac tota in vrbe defuisset,  
qui non alacri animo, singulariq; deuotione ad-  
uolasset, si de die ostensum fuisset. Non potue-  
runt non summopere infinitam Dei bonitatem  
extollere, & singulari religione, & deuotione  
perfundi, qui sacrum corp<sup>s</sup> etiam tum integrum  
& incorruptum conspexerunt.  
Existimabant Religiosi Patres nonnulli exentera-  
tum illud, & balsamo conditum fuisse: itaque  
Prorex

Christiani  
a D. Ioānis  
Euangelista  
seporibus.

Prorex veritatis intelligendæ percupidus, corpus aperendum curauit, quo facto, compertum est, non solum balsamo non fuisse inunctum, verum etiam sanguis admodum recens inuentus est. Sed hæc vt animos nostros erexere, ita non parum nos sollicitos reddit, quod iam aliquot diebus P. Consaluum Pasqualem, & Germanum, qui nauem quandam ad nos venturi conscenderant, expectauerimus, sedulo eos Deo commendantes, ignari in quantum vitæ discrimen incidissent. Appulit tandem huc dictæ nauis Præfectus cum nautis qui busdam cimba vectus, qui nobis retulit noctu se cum iisdem Patribus in paruam insulam impigisse, & naufragium fecisse, quæ nec herbas, nec arbores, nec aliud quicquam vsui humanæ vitæ accomodum habebat, præter scaturiginem aquæ non satis potabilis. Est autem hæc insula non ita multum distita ab insulis Maldiuæ, quæ licet plurimæ, paucos tamen habent incolas. Hoc audito nuncio, profectæ sunt Goa naues aliquæ, vt iis qui in insula remâserant, opem ferant. Obuios illi habuerunt 40. viros, qui ratem ex partibus collisæ nauis sibi parauerant, referebantque iam quinque, vt minimum, vel sex dies euolutos esse, ex quo nihil sibi sumpserint: vix enim exiguum quid panis nautici biscotti, aliarumque escarû nullius momenti à naufragio superfuit. Mirificè Patrum nostrorum factum populum Goensium recreauit, quod nimirum quantumuis rogati, induci non potuerint, vt vel cum nauarcho Ichapham, vel cum aliis ratem conscenderent, sed statuisent potius cum aliis in loco deserto mori, quam in extremo positos periculo deserere.

Diebus elapsis in hanc vibem venit quidam

*Magnus  
Insularum  
Maldiuæ  
numerus.*

eorum numero Christianus, qui Diuo Ioanni Euangelistæ suam conuersionem acceptam ferunt, puerum quendam apud nos agentem sanguine sibi coniunctum visurus: retulit is nobis, id Christianorum genus sanctæ Romanæ Ecclesiæ subesse, atque omnia sacramenta, eorumque caerimonias adhuc incorruptas tenere, quibus tamen Armeniæ patriarcha Episcopos cõstituit. Parent hi Regi cuidam Mauro, qui eos & habere templa, & tremendum altaris sacrificium offerre permittit, quamuis nonnunquam Turcæ in eos iruant, templa solo adæquando, vt non raro cogantur ad montes, aliisque Turcis loca inaccessa, vt missas celebrare citra molestias possint, configere. Asserebat item in regno Bassora nuncupato ad quadraginta Christianorum millia cum suis vxoribus, & familiis habitare. Sit benedictus Deus Dominus noster.

*Mauris  
Turcæ cru  
deliores.*

Goæ, hoc anno 1555.

CAPITA QUÆDAM SELE-  
cta ex literis Arj Bandonij, datis ad  
Collegiales Societatis Iesu Conim-  
bricenses, decimo Calend.  
Ian. anno 1554.



VM Pater Melchior Nugnez hinc Iapaniam versus proficisceretur, designauit vniuersæ Societatis in India moderatorem P. Balthazarum Diaz, qui huic populo longè acceptissimus, tantos in Ecclesiæ horreum fructus inferebat, quod alium præ hoc neminem suum in lo-

I cum

cum putaret subrogandum. Plures quaque hebdomada ad populum conciones habet, diuersis in locis, magno hominū concursu, & applausu, nec minori cū fructu: incredibile enim est, quantum opere homines ad pietatē, pœnitentiam, odiūque peccatorum inflammet, vt ex iis quę hic subnectam facile percipietis. Cum eo die quę Diuo Bartholomæo sacer est, de Martyrio eius verba faciens, veterem hominem exuendum esse doceret: ecce templum ingrediuntur pupilli, qui exutis & sub sinistro brachio conuolutis vestibus suis albis tenentibus, dextra se flagris cedentes, per mediam hominum turbam procedunt, quos & alij viri seculares verberibus item se afficerēt longe ordine comitabantur, que res vsque adeo exitērium in templo corda penetrauit, vt à profusis lachrymis, multisque singultibus sibi temperare nequuerint. Prorex, & alij multi primates nobilesque viri non parum hoc spectaculo ad pietatem accensi sunt, præsertim cum tantum peccatorum dolorem, & contritionem in hisce nouellis Christi plantis intuerentur. Nec minori delectatione die veneris proximè sequenti similem pœnitentium feruorem statim à concione cum suis Prorex spectat, inter quos multi matrimonio coniuncti, multi senio confecti, quidam verò præmaturæ iam ætatis vir corpore pubetenus denudato, ligneam crucem spectatæ magnitudinis, & crassum funem de collo dependente gestans præibat.

*Peccatrices ad cor redeunt.*

Cum idem in festo S. Lazari extra vibem concionem haberet, mulier quædam prædiues, sed impuræ vitæ, adeo peccatorum dolore compuncta est, vt coram omnibus vociferari & plorare non vereretur, cupiens certum vitæ genus edoceri,

veri, in quo agendo suæ salutis bene foret consultum. Accessit ea de causa postmodum Ecclesiam nostram, vbi probè instructa, vitam in melius commutauit. Huius præclaro exemplo & aliarum multarum peccatrices incitata vitam omni flagitiorum turpitudine inquinatam detestata, omnes post exiguum deinde tempus communi inter se consensu, relicta ciuitate in alium commigrarunt locum, vt peccandi occasiones vitarent, vbi nunc celestem penitus vitam agentes commissa facinora frequenti confessionis vsu abstergunt. Quæ ex re non paruum hæc ciuitas in Domino emolumentum consecuta est. Alio quodam tempore eodem ad populum declamante, nobilis quidam vir per medias hominum turbas penetrans, & quàm proximè ad suggestum accedens, alta voce Christianum se velle fieri proclamauit: qui à Patre vsque ad concionis finem sedere iussus, in domum deinde Cathedralium minorum introductus est, vt Christianæ fidei rudimentis institueretur: nec enim baptizari solent prius quàm Christianam doctrinam memoria teneant. Hic baptismum consecutus in quandam insulam, quæ eius erat patria, discessit, vnde paulò post multos cum vxore, quæ perfidia alioqui pertinacissima fuerat, Christo conquisitos ad Collegium nostrum baptizandos adduxit.

Pater Paulus Dei cooperante gratia tantâ infidelium multitudinem ad Christum petrauit, vt eorum numerum vix possim recensere. Speramus in Domino breui omnes gentiles circumvicinos conuertendos esse, nam de remotioribus, ad quos Christo lucrificando ex Europa aliquos expectamus, non loquor.

*Ormutij  
multi ad si-  
dem conue-  
niunt.*

*Situs Or-  
mutij.*

*Bazaini-  
tus.*

*Situs Tha-  
naa.*

*Situs Goa.*

Quamvis vberimos fructus Patres nostri diuer-  
sis in locis agentes, ex hac Indica vindemia colli-  
gant: parui tamen & minimi cenferi illi possunt,  
si cum iis quos, insula & ciuitas Ormutina pro-  
ducunt, conferantur, vbi nostris praest Pater  
Antonius Heredia. Parua est haec insula, & omni-  
no sterilis, nec quicquam ad vitæ humanæ susten-  
tationem ob terræ saluginem gignit, vnde no-  
stris non deest patientiæ materia, tamen si que ne-  
cessaria sunt, omnia mari ex continente inue-  
hantur. Sita est in frecto Bazoræ, distatque ad duas  
leucas à Persia à parte septentrionali: à meridie  
verò Arabiam aspicit, à quo 10. leucis diffusa est,  
vtrumque latus Mauros cultores habet, quorum  
plurimi Regi Ormutino Lusitaniæ Regi subiecto  
parent. Est aut Ormutium ciuitas ampla, in 27.  
gradu sita, vbi mille circiter Lusitani tam in vrbe  
quàm castro degunt, si mulieres & paruulos exci-  
pias. Habet quoque alias nationes, vt pote Mau-  
ros, Turcas, Indos, Aefinos.

In Bazain nostris praefectus est Pater Consal-  
uus Rodericus non sine magno tam ethnicorum,  
quàm Christianorum emolumento. Magna haec  
insula est, vbi Gentiles plurimi Mauris immixti,  
quòd vicina sit regio Cambaia, viuunt. Iacet in  
principio sinus Indici, vbi populus 16. & dimidia-  
to gradu eleuatur.

4. Inde leucis abest insula Thanaa, quo in lo-  
co agit P. Franciscus Henriquez, illinc ethnica  
superstitio penitus ferè explosa est, vt ex eius li-  
teris intelligeris.

27. Leucis à Bazain Goa, qua versus meridiem  
per eundem sinum descenditur, in ea promonto-  
rij Indiae parte est, vbi polus decimoquinto gra-  
du octo & dimidiato minutis eleuatus aspicitur.

Si

Si per eundem maris tractū descendere per-  
gas ad 100. leucas, in 10. gradu 8. & dimid. minu-  
tis, est ciuitas Coccinum. Versantur illic tam gē-  
tiles, & Mauri, quàm Christiani plurimi: quæ etiā  
varias insulas diuerfis Regibus subiectas in pro-  
ximo habet. Vocatur hic tractus Mallauar, in  
quo plures Christiani sunt, quàm in vlla alia In-  
dorum natione. Praest illic nostris Pater Franciscus  
Perez, cuius ministerio Dominus in conuer-  
sione Gentilium plurimum vitur.

Quatuor inde leucis in nono gradu, & octo  
cum dimid. minutis est Caulanum, vbi plurimi  
Christo credunt, quibus & Mauri miscentur. Re-  
ctorem illic agit Nicolaus Lancilotus Italus, mul-  
torum filiorum spiritualis Pater. Miraculum vi-  
deri meritò queat, cum tantis infirmitatibus fra-  
ctum, tam impèdè in aliorum salutem incubere.

Uterius deinde ad viginti sex leucas, est por-  
tus Commorinus, in octauo gradu, vbi Pater  
Henricus Henriquez fructus colligit vberimos.  
Sunt enim illic plus minus 12500. Christiani, la-  
boratq; multum dictus Pater in extirpandis gen-  
tilium abusibus, qua de causa magnas sustinet  
iniurias & persecutiones à Mauris.

Hinc recta pergitur versus Caramandel, & S.  
Thomam, vbi superiorem agit P. Cyprianus, cu-  
ius ministerio Deus bona plurima operatur, tam  
in Lusitanis, quàm indigenis.

In Iapania, quæ in 36. gradu sita est, duas ci-  
uitates nostri inhabitant, vnam, quæ est primaria  
regni Amanguci, vbi nostros regit Pater Cosmas  
Torrensis: aliam, Bungum dictam, quæ & ipsa  
regni cuiusdam metropolis est: illic nostris præ-  
est Pater Balthasar Gago, eodemque iam appu-  
llis speramus P. Melchiorum Nugnez, cum vn-

I iij      decim

*Coccinum.*

*Qui Mala-  
uarefes di-  
cuntur.*

*Caulanum.*

*Portus Cō-  
morinus.  
Christiano-  
rū 12500.*

*Caraman-  
del.  
Thomopo-  
lis.*

*Iapania.*

*Bungū me-  
tropolis Ia-  
pania.*

decim fratribus nostris, si Deus eorum iter prosperauerit.

*Sciendum.*

Appulit huc Pater Emanuel Morales ex Sclano, ubi tam ardentissimis concionibus habendis quàm audiendis confessionibus talentum sibi concrediditum fideliter expendit. Is hic sanguinis fluxu laborare coepit, quo consumptus in media fratrum nostrorum circumstantium corona, ad extremum vsque nomine Iesu inuocato, spiritum creatori reddidit, non sine magna omnium consolatione. Eum post duos menses elapsos Pater Gasparus, & ipse laboribus exhaustus, sequutus est. Infirmetas eum inuasit, dum illud Euangelium: Simile est regnum caelorum homini regi, &c. pro concione explicaret, vnde domum reuersus, quamprimum ad se curauit vocandum Patrem Melchiorum, affirmans se iam iam ad alteram tendere vitam, sicque breui mortis agone superato singulare nobis patientiae exemplum reliquit. Mors eius ab omnibus passim deplorata est, tantusque ad funus celebrandum hominum numerus confluit, vt vix tandem magno labore corpus eius ad quoddam facellum delatum

*Gasparus.*

tenere sit conditum.

EX EPISTOLA PATRIS

Antonij Quadri, Anno 1559.  
misa.

Pax



Vperioribus literis Patres charissimi, cõsuetudinem nostram vobis significauimus, in vocandis, alliciendisque ad fidem catholicam Ethnicis, iisdemque postea conseruandis ac promouendis. Nunc verò Christianorum miram frequentiam in hac Goensii peninsula (quorum numerum indies supra quam dici posset, incrementum sumere animaduertimus) describam, ex quibus magnum gaudium, & in Domino consolationem percipietis, cum præsertim hoc anno copiosiorum Christianorum segetem, quam vperioribus in horreum Dominicum reposuerimus. Præcipua verò huius messis causa post diuinum, quod firmiter credam, auxilium, illibata fuisse sacrificia, ac ardentis illæ orationes, quas hac potissimum ratione fundi per omnia Europæ collegia certò mihi persuadeo. Accedit huc fauor, & amor quo Prorex nouorum Christianorum causas fouet. Argumentum certè cõstantiæ, & desiderij, quo Christiani nominis propagationem in hisce nouis mundi partibus vehementer exoptat, vel hoc est certissimum, quòd nec ob murmurationibus, nec querelis à tam honesto studio, nec vastis dæmonum machinationibus, quæ in ipso statim principio per suos ministros moliri satagebat, pium eius animi propositum labefactum, imò ne minimū quidē ex eo remissum fuerit. Quin etiā cum à præcipuis regni administratoribus, suisque consiliariis admoneretur, quòd Regia vectigalia (quæ ipsi diuino honore, & gloria habebant chariora) non paruum iacturam aliquando acceptura essent, si tantis impensis Christiano-

*Tractat da copiosa ad fidem conuenientibus multitudinē.*

*Goa amplā Christianorum seges.*

*Sacrificia & Orationes pro infidelium ad fidem cõuersione.*

*Proregis in promouenda conuersione gentium cõstantia.*

*Auaritia idolorū seruus.*

*Vere Chri-  
stiani prin-  
cipis respō-  
sio.*

*Diuinū in  
principe a-  
nūmi propo-  
situm.*

*Brachma-  
nes honori-  
b<sup>o</sup> solitis, ci-  
uilibusq; ad-  
ministratio-  
nibus pri-  
uantur.*

*Prorex e-  
nanghlixat*

stianorum conuersioni intendere uellet: ille, ut Principem Christianum decebat, respondit: Plus ad regni statum amplificandum, ac Regis mei splendorem conducit, vel vnus abiectissimus mancipij in hac insula conuerso, quam diuitiarum immensa copia, vel naues pipere, aliisque aromatum generibus plenissima. Firmiter enim hoc apud se statuerat, omnia sua in discrimen adducturum, pro vnus animæ conuersione, & incolūmitate. Et quamuis alia huiusmodi illius animi proposito contraria penè indies obijceretur: non ille tamen vel consilium mutare, vel de sententia potuit dimoueri. Tandem intellexere, ni ad aduersarium Proregem experiri uellent, sibi idem circa gentiliū conuersionem esse faciendum, iisdemque studiis cum eo inuigilandum, quod (Deo laus) fieri uidemus. Nam cum antea Brachmanis, aliisque Ethnicis non admodum reluctarentur, nunc manibus, pedibusque admittuntur, ut eos conuertant, ac in fide conuersos constabulant. Et si forte nonnulli sint qui huic operi minus fauere uidentur, cauent tamen ne id aliqua ratione Prorex resciscat. His accessit & aliud multis laudibus efferendum Proregis factus: quod Brachmanes omnes, cæterisque Ethnicos ab aula sua repleuit, etiam eos qui antea ipsis ciuitatis primariis coniunctiores esse solebant: in eorum uero locum Christianos substituit, quos etiam arcibus variis, in locis præfecit. Munera quoque ciuilia, & dignitates, quibus antea Ethnici fungebantur, Christianis commisit. Bonâ diei partem cum Mauris, Ethnicisque consumit ad se ob varia negocia confluentibus, quibuscum de diuinis, & fidei nostræ capitibus agit: nec facile eius labor & zelus frustratur, cum haud infrequenter

ter nullo serè negocio quod intendit, obtineat. Quibus rebus pro voto gestis, famulum aliquem ad nos mittit, ut nostris fidei rudimenta percipiant, donec solenni baptismate cum alijs abluantur, cui plerumque solet interesse, nec sine magna animi lætitia Patris initialis ut plurimum fungitur munere. Non estus, non imbres illum deterrent, quod minus in Chioranam insulam, aut ad trium Magorum templū (quod octauo hinc situm est miliarium) proficiscatur, ubi Franciscani habitant: aut ad Diuæ Barbaræ, ubi Dominicani commorantur: præsertim si ibi celebrandum Baptisma intellexerit. Brachmanes isti, ac nobiles Ethnici antea in aula Indica, ac Proregis domo primum dignitatis gradū obtinebant: Christiani uero noui in abiectis, sordidisque uersabatur operibus, & tanquam infames, abiectissimiq; serui in stabulis nunquam non habebant, ut sæpè necesse fuerit Ethnicorum auxilium implorare, & illos tanquam patronos negocijs conficiendis affiscere. Nunc uero Dei miserantis benignitate, & clementia effectum est, ut Brachmanes ipsi, cæteri que infideles si Proregi loqui uelint, & fortè in porticu ad mare spectante obambulet, in littore sese constituent, æstui, imbribusque expositi, attentè obseruantes, donec in illos oculos conuertat. Quod ubi animaduersum est, in obedientiæ, honorisque testimonium, supplices libellos offerentes genua flectunt, donec signo dato ad se venire iusserit. At noui Christiani, ut animati in spem erigantur, per amplas aulæ, spaciosaque atria, nobilium more, obambulant, magni beneficij loco ducentes, comedenti Proregi altare posse, holocærico, purpuraque ornari, & gladijs deauratis accingi, ac per se negotia cum

*Pater initialis.  
Chiora in  
sula.  
Franciscani.  
Dominicani.*

*Misera ostēditio  
Christiano-  
rum.*

*Nulli præter mittit-  
occasionem  
Prorex infideles ad se  
dem allicie-  
ndi.*

tia cum Prorege tractare. Interdum P. Petrum Dalmeida, quem tenerrimè diligit, quòd ardeat Christianitatis promouendæ desiderio, ad se vocare solet, & vt est facci ingenij, quidnam muneris pro læto nuncio sibi pollicetur, interrogat: si qui ex nobilibus Christiani fieri velint: nec raro ad ea quæ Ethnicorum conuersionem concernunt, illum accendit. Pater verò vt parem Proregi vicem rependat, vbi ipse in fide Christiana aliquos informauit, hos ex patris Prouincialis mandato ad ipsum adducit, vt eius erga se amoris argumenta certissima initiandi intelligant. Nam omnes amplectitur, omnes sub suo patrocinio, & defensione suscipit, omnem denique illis beneuolentiæ significationem exhibet, omnemque operam promittit. Ex hisce iaëtis fundamentis facile coniectura colligi poterit, huius tam diuini negotij conuersionis animarum sacrosancto Christi sanguine redemptarum successus.

Cum igitur immenso Christi beneficio in ipso iam limine tam copiosa, & frequens sit Christianorum conuersio: non est iam sicut antea fuerat, necessarium remotiora loca petere, vel ad ea nimis anxie aspirare. Etenim singulis penè diebus ad Superiorem collegij festinat ianitor, idem illi semper nuncios, nimirum iam 8. deinde 10. interdum 30. nonnunquam 60. (vt tunc accidit, cum integra oppida ad fidem nostram Christianam amplectendam conuertuntur) esse præ foribus, qui sacrum baptismum petant: quos omnes pro nostra facultate benignè suscipimus viros quidè, vt in nostro Collegio fidei percipiant rudimenta; mulieres verò cum paruulis ad, huius ciuitatis xenodochium remittimus, ibidem instituentibus. Si quæ verò sint nobiliores: honestioribus

cohabi-

rehabitant matronis, à quibus in baptismate suscipiuntur. Nolim tamè vos arbitrari, temerè nos, aut indiscreta facilitate omnes ad tam excelsum mysteria admittere, necdum cogere, antequam satis exploratum sit, longaque mora discussum firmum, & constans animi propositum: atque adeo multos bis, tæcè in suam patriam remeare iubemus, meditateque considerare, quod suscepturi sunt vitæ sanctioris institutum: iubentes, vt post diligentem voluntatis suæ explorationem redeant, quòd hac ratione nobis certius constet de illorum serua, constantiq; baptismatis petitione. Alia ratione fidei differimus sacramentum, nimirum datur ei id negotij, vt propinquiores, & sibi magis familiares huc adducant, qui pro illis spondeant: interea temporis catechismum addiscunt. Si verò interim solenne baptismum celebretur, moerore vultus quam auide baptismum appetant, haud obscure declarant. Hæc scribo, vt intelligatis, charissimi fratres, ad eum finem nobis comparandum, quæ proposuimus, conuersionis scilicet, & salutis animarum hoc nostro commodiorem locum reperiri non posse, in quo frequentiores Christo lucentur: intra domesticos, enim parietes id quod cupimus, obtinemus. Nā Frater ipse qui operibus præest, & cū ipsis fabris lignarijs versatur, sic de diuinis rebus illos alloquitur, vt tandè argumētis superati Christiani fiant. Quid multa: nullus domi nostræ tam abiectæ conditionis, sordidique officij est minister, qui nō familiaribus colloquijs suæ artis hoies ad sinceram fidem à Paganismo reuocet: nō faber, nō factor, non coquus, nō lotor: omnes Christiani, quæ intus cõceperunt, spirant & pariunt. Ii autem quæ ad fidem cõuerſi sunt, ne soli ipsi gẽmã quã reperiunt, possidere videantur, vxores quoq; agnatos

*Fabri, factores, lotores &c. evangelizant suam sortis bonis.*

*Brachma-  
nes olim  
Satrapæ.  
& regiõis  
Domini.*

agnatos Deo lucrantur, & ad nos deducunt. Alij honore, qui nouis Christianis defertur; capti, seipfos nobis committunt, varijs modis, Deo quos sibi elegit alliciente. Itaque hæc frequens, & continua videri hic potest spiritualis animarum venatio. Vtinam eundem Euangelij cursum, atq; successum mundus videret in tot prouincijs, & regionis, quæ crudelissimæ tyrannidi antiqui serpentis, omnis boni exoforis, subiacerent, ad maiore diuinæ maiestatis gloriam, totiusq; inferni luctum.

Brachmanes huius olim regionis Satrapæ ac Domini, tantum animi dolorem concipiunt, quod hoc D. Pauli collegium eorum ritibus, & cærimonijs vehementer aduersetur: vt vix oratione explicari queat. Hic enim idola contrita dolent, solemnia festa abrogari lugent, corruptione morum suorum exterminari, peruersitatem omniæ, & diabolicam abominationem funditus extirpari frustra lamentantur. Nostri enim sacerdotes medullitus illorum penetraverunt superstitiones, nequitiasq; neque diutius eorum versutas caliditates Deus passus est latere. Vix animo aliquid concipiunt contra Christianos ad idololatriam tuendam, quia consilio patefacto, non solum quod cupierant, non perficiant: sed potius in illos, si res exigit, grauitèr animaduertatur, quantum dissimulatores sint astutissimi. Iam eò eadem miseri deuenere, vt festorum, & voluptatum celebritatem, quam media luce antea peragebant nunc in tenebras, & noctis obscuritatem ne ab alijs deprehendantur, transtulerint. Quod si forte vicini Christiani, vel affines id intellexerint, festinantès ad Collegium eos deferunt, vt ipsorum solemnitates impediatur. Tum fratres nonnulli cum nouis quibusdam Christianis illos acceden-

tes, ne.

tes, nefandas cærimonias ipsorum violant & idola (si quæ sint) comminuunt: ita vt sæpè extrema gaudij luctus occupet. Verum ne singulis cõemorandis immerer, ad alia me grauiora conferam. Et primo quidem solennia baptismata quo ordine in nostris ædibus sint celebrata, quam potero paucissimis recensebo. Et ne cærimoniarum solennia in singulis repetere cogar: modum què in omnibus baptizatibus tenemus, explicabo, vt ex vniuerso ordine, & celebritate reliqua asstimentur.

Imprimis iustum colligimus catechumenorum numerum, qui baptismati solenni sufficiat, qui posteaquam in mysterijs nostræ fidei satis facilliter fuerint instructi, tum pater Petrus Dalmeida, ex Prouincialis mandato, vestes pro cuiusque dignitate confici curat, certusq; baptismatis dies (per concionatorem) indicitur, vt quisque quando oporteat conuenire, sciat: & qui catechumenos domi habent, eosdem deducant. Templum preciosis perfistromatis, alijsq;ue ornamentis adornatur, reliqua omnia virentibus ramis, herbisque redolentibus sternuntur. Iuxta sacrum Baptismi fontem, altare, insigni ad pietatem prouocante imagine adornatum erigitur, candelabris argenteis, sacroque Chrismatis oleo eidem imposito. Præ foribus templi hinc inde pulcherrimæ humi figuntur arbores, palmis ferè similes, & frondosæ, gratissimoque virore miro modo recreant spectantium oculos. Via præterea varijs asperguntur frondibus, vexillis, Ducumq; insignijs expansis, crucis effigies iuxta scholas collocata, decoratur. Quoniam autem frequenter ex cuius alicuius domo supplicatio prodit: ille fenestras preciosis pannis, vexillisq;ue exornat, ædium verò limina, & viam floribus, virentibusq;ue ramis, iunctisque

*De baptis-  
matum so-  
lemnitate.*

*Primo ca-  
techisan-  
tur.*

*Vestes cæ-  
didatorum*

*Templi or-  
natus*

*Platearum  
apparatus*

*Ædium  
de baptis-  
matu cõcedit  
cultus.*



*Prorex ba-  
ptisandorū  
chorū sua  
presentia  
ornat.*

*Patriar-  
cha cū fra-  
tribus So-  
cietatis.*

*Musci.  
Musica in-  
strumenta.  
In catalo-  
gum referū-  
tur bapti-  
zati.*

cisq; sternit. Quæ omnia Proregi significant, quo in loco ipsi sit sistendū. In quem vbi venerit cū reliqua nobiū multitudo sistens, supplicatio- nē expectat. Cū primū omnia scite parata videtur, pueri è collegio nostro, vexillo Crucis præeuntes, prodeunt, albaque manica insigniti, ser- tis circum tempora cincti, & ramos manibus gestantes, ad campanæ sonitum procedunt, tin- tinnabilis, rubilque, & varijs Musices instrumen- tis perstreperibus. In primo autem supplica- tionis loco Pater Patriarcha, cum Patre Prouin- ciali, reliquisque Societatis Fratribus procedit. Vbi autem ad locum ventum est, in quo hæret baptizandi, nonnihil supplicatio subsistit, donec alij Christiani, Christianæque domo egressi, pul- chro ordine supplicationem instruunt, magna- que animi consolatione & lætitia templū adeū, pueris semper præcedentibus, & Psalmos modu- lantibus. Simulatque in templum ventum est, è Sacrario prodeunt Patres, qui eos baptizare debent, Fratribus comitati, qui sacrum oleum in magnis argenteis lancibus ad altare portant. Toto illo tempore quo cærimonie ante tēpli in- gressum fieri solent, cum Patriarcha Prorex, etc. Æto semper adstat corpore. Templum deinde ingressi, iuxta sacrum fontem ambo sedent: eo autem ex loco Prorex per multos è sacro fonte leuat, quibus nomina imponit: idem faciunt no- biles Proregi adstantes. Toto illo baptismati tempore Musicæ pias quasdam cæntiones ex su- periori chori parte decantant pueri, quibus tubæ, tympana, cytharæ, cornua, aliaque Musices in- strumenta alternatim respondent. Duo autem Fratres eorum qui baptizati sunt, nomina in ta- bulas referunt, quo baptizatorum numerus sciri possit

possit. Vbi viros, puerosq; baptizauerimus (mu- lieres enim cum infantibus ob maiores commo- ditates plerūque vltimæ sunt) signum crucis cū pueris præcedit, & versus collegiū læti noui Chri- stiani, vtpote in Christo regenerati, accensas cæ- delas manibus gestantes progrediuntur, quos Pa- triarcha cum Prorege, & reliqua populi ceterua subsequitur, cū in collegio Deo omnipotenti voce, varijsque Musices instrumentis gratias ege- runt, ad templum reditur, & ibi coram venerabi- li Eucharistiæ sacramento, flexis humi genibus, gratia Christo Opt. Max. ob tam singularem cle- mentiar, immensaque adeo beneficia collata agantur. Cū iam Prorex Patriarchæ, aliosq; Pa- tribus valedixit, nos Christianos nouos in colle- gij horū ducimus, stratilq; accumbere mēsis iu- bebimus, quibus Fratres in Domino latissimi qua- possunt maxima amoris significatione ministrat. Interim in tēplo baptizatur mulieres, quæ res in multā noctē vsq; vt plerūque cōtingit, extēditur. Ac deinde in huius ciuitatis xenodochiū sese no- uæ Christianæ recipiūt, quibus ibidē quoq; lectis- simæ quedā mulieres dū accubunt, sedulo & gau- dentes inseruiūt. Proxima inde luce, ad sacri au- diendū, in Ecclesiā nostram neophiti conueniūt, quo audito, tū multis amplexibus, alijq; bene- uolentiæ, & amoris signis exhibitis, discedendi ipsis, patriamque repetendi faciunt potestatem. Horum plurimi adeo sunt accensi, & feruore pleni, vt nullam vnquam quietis partem cepe- rint donec in eundem statum alios pertraxis- sent, in quo se diuina bonitate, & misericor- dia constitutos esse gaudebant. Nos enim prius- quam recedat, hoc muneris illis iniungimus, vt ad vitæ æternæ brauiū, eundemq; in quo ipsi sunt, statum

*Gratiarum  
actio.  
Epule in-  
struuntur.*

*Mulieres in  
xenodochi  
um se recipi-  
unt.*

*Vere con-  
uersionis si-  
gnum est, al-  
ios studio-  
se conuer-  
tere.*

statum, quantum in se erit, alios adducere nitantur. Hæc de ordine, quem ut plurimum in solennibus baptismatis obseruare consueuimus: iam ad Christianorum numerum explicandum me accingam.

*Numerus  
baptizato  
rum anno  
1558.*

Vndecima Decemb., superioris anni, qui fuit 1558. in hoc D. Pauli collegio 125 baptizauimus. Prima Ianuarij, anni sequentis. 50.

Vigesima quinta eiusdem 129.

Vigesima septima Februarij 152.

Secundo Aprilis cum ex oppugnatione Damani rediisset Prorex. 214.

Quarto Maij, ipso die Ascensionis, 120.

14. eiusdem mensis ipso Pentecostes, aliud baptismata celebrauimus: Id quo factum sit modo referat: si prius nonnulla de eo, qui hoc baptismate tinctus est, relatu non indigna præmisero.

*Macadan  
quid.  
Celeberrimi pictoris  
ad fidem nostram conuerso.*

Consueuere Mauri, Ethnicique in singulis opificiorum tribus, vnum aliquem delectu virum præficere, quem Macadanum vocant, nos Superintendentem, vel præfectum diceremus: cui reliqui eiusdem artis parere debent. Ex his vnus qui pictoribus præerat, conuersus est Goë, quem omnes tam gubernatores Goensis Reipublice, quam Indiæ Proreges multis modis sepe ad fidem adducere conati fuerant, tum quod esset in sua arte excellentissimus, præsertim in picturis ijs, que vultus liniamenta ad viuam exprimunt: tum quod Indica ferè omnia tēpla venustissimis imaginibus vni cuiusdam artificij exornasset. Res certe hæc admiratione, pariterque dolore erat dignissima, tam pias, tamque exultas imagines ab impio, & idololatra, videre formatas. Sepe huius conuersionē tētauere nostri: imò verò assidue (quod vicinus noster esset) oportune, importune, insi-

tere,

tere, si qua ratione mitescere posset ipsius animus, inflectique ad agnitionem Christi: durus tamen semper, & obstinatus permansit, licet aliqui animo demisso mansuetoque ingenio, & facili præditus esset, adeo, ut sine magno labore quiduis illi præter fidem nostram, veritatemq; Euan-gelicam persuaderi potuisset.

Is tandem (Deo. Opt. Max. sic volente) cum ex graui decumberet morbo, Patrem Ioannem Brauum Ecclesiæ Præfectum, qui illi erat familiarissimus, accessit iubet, eidemque quæ ipsi in somnis apparuerant, enarrat. Quæ cum Pater audisset, statim intellexit hominem à Deo intus esse commoratum, eumque hortari cœpit, ne diuinitus inspirationibus vel vltro resisteret, vel surdas aures præberet: præcipue cum de re non exigui momenti, sed quæ æternam salutem concerneret, tota deliberatio ineunda foret. Placuit itaque Deo tantum verbis serui sui addere virum, ut diuinities cordis statim in eo emolliretur, fidemque nostram amplecti proponeret, atque in eius rei signum annulum Patri dedit. Quæ subita commutatio tantoperè nos exhilarauit (quod magni præsidij huius esset futura conuersio) ut diuinitas bonitati gratias agēdi vix vlla nos caperet fatietas, præsertim cum ex huius salute aliorum multorum dependeret incolumitas, quos huius exemplo, & opera Dominico gregi adiunctū iri sperauimus: nec mora quin statim Proregem istius certio rem faceremus, tunc temporis in Damana commorantē. Is re noua lætus, præcepit nostris, ne vlla ratione, se absente baptizaretur: cupere enim se in sacro fonte eius esse onomastā, & baptismatis pompam institueret: quod & ipso Pentecostes die perfecit, tanta reū omnium applau-

*Diuinitus in-  
spirationibus obtem-  
perandum.*

K

su, &

*Celeberrimum fuit  
huius pictoris baptis-  
ma.*

*Arcustrimphalls.*

su, & exomatione, vt inter alia quæ per nostros celebrata fuerāt hoc in collegio Baptismata, hoc ipsum arbitrer fuisse celeberrimū, maximoq; apparatu confectū. Vnum illud excipio, quo Mealiij filia in Christi gregem adscripta est: quod vel eo nomine hoc magnificentius fuit, quod à Patre Patriarcha, qui alteri non interfuit, peractum sit. Prorex autē Patri Consaluo nunciavit sibi gratissimum fore, si qua ratione fieri posset, vt omnia denuō, quæ ipso Resurrectionis die facta fuissent in hoc baptismo renouaret. Quare triūphales arcus in ipsa via ereximus ita collocatos, vt ex aduerso haberēt valuas tēpli, per quas baptisandus erat ingressurus, quas & celebrii artificio incisa charta ornauimus, apposuimusq; hinc inde virentes arbores, palmis nō absimiles. Ad hæc multis insignibus, figuris, ac tabulis, quæ nō tā arte quam varijs colorib; erāt gratissimæ, vias, ac tēplū decorauim⁹. Huius senis cōuersio in summo tēplo, alijsq; omnibus in quibus Societatis Iesu Patres cōcionari solēt, publicè proclamata est in eū finē, vt omnes post vespertinas preces ad Collegium nostrum confluentes ipsam supplicationem, quæ ad eum cum vxore, liberisq; excipiendū à nobis prodibat, celebriorē redderēt. Eidē Patriarcha quoque cū Prorege, multisq; Indiæ magnatibus, ac turba plurima, sua præsentia multū honorē addiderūt. Spectarū & Mauri plurimi venerūt, item ethnici, ac pictoris huius consanguinei nō pauci: processit ipse tandē ex vicini nostri domo vestem sericā indutus, quæ gallico more (nā sic Prorex eū vestiri iusserat) confecta erat, torquem autē habēs è collo, tibiasq; croceis oreis euinctas, cui hic omnis ornatus, mirum dictū, quam venustē, & splēdidē quadraret: nā corpore erat bene cōstituto, &

to, & facie liberali. Prorex ad lat⁹ ingrediebatur, iuxta quæ vxor erat in preciosissimis vestibus. Lu-  
stranū morē exprimentibus, ei nobilis, ac prima-  
ria quædā matrona iugebatur, à qua in baptisma-  
te suscepta est. Cingebāt hinc inde filij, quorū na-  
tu maximus 9. aut 10. annorū, ob elegantē formā  
oium in se oculos, ac amorē conuerterat. In ipsa  
supplicationē sex, septēque locis choreæ ducēba-  
tur: has mixtim interpositi pueri nobiles auro, &  
argento supra modū ornati honestabant. Nullū  
deerat instrumenti Musici genus, non campana-  
rum suauis concentus, vt lætitiā spiritualem  
& animos ad pietatem excitarent. Prorex viro  
Constantini de Breganza, vxori Eugeniæ nomē  
imposuit. Natu maximum filium Theotonium,  
reliquos verò Fulgentium, Ioannem, & Vincen-  
tium appellauit. Baptismate absoluto, matrimo-  
nium ex integro solēni ritu, vt fieri solet, renouā-  
uit, ipseq; Prorex, alijsq; nobiles qui aderant, vsq;  
ad lectissimæ mulieris edes, quæ istos in bap-  
tismate susceperat, totam familiā profecuti sunt. In  
quibus cum biduum hæsisset, domum suam re-  
petierunt. De donis autem, & muneribus vltro  
liberaliter oblatis, quid attinet dicere: quæ & plu-  
rima erant, & maximi sumptus. Arcis Sofalæ  
Præfectus, sericos pannos, vndulatosque, & alijs  
generis, ac coloris varijs dedit, ex quibus sibi,  
coniugi, liberisq; vestes conficeret.  
Huius nunc peculiarem nos curam gerimus, nec  
immeritō, nam si eum, cum adhuc Ethnicus es-  
set, propter honestatem, grauitatemque morū, &  
familiaritatem quam nobiscum habebat, amauimus:  
nunc præfectō, cum se pium, probumque  
Christianum re ipsa profitetur, longē debet esse  
commendatissimus. Fit enim vt eius exemplo  
K ij con-

commoti, eiusdē artis homines sese Christo non solum debere familiarius incipiant, verū etiā iam minimē pauci in matris Ecclesiæ gremium se sua sponte transfulerint.

*Octauum  
baptisma.  
Nobilis  
Brachma-  
nis cū mul-  
tis alijs cō-  
uerso.*

Octauo baptisate quod celebratum fuit, 28. Maij, Christo insiti sunt 85. Iunij, 29. centū nōnaginta octo. Vigesima octaua Iulij, Brachma na quidam vir nobilis & prædiues, cum cōiuge, liberis, & domesticis, Christi gregi insitus est: quem Prorex quoque in baptisate suscepit. Huius deinde opera multi Ethnici sunt conuersi, quōd eos ad hoc sedulo hortari non desiterit.

*Aurificum  
præfectus  
fonte bap-  
tij. ablui-  
tur.*

*Auri con-  
temptus.*

6. Augusti, Baptismum acceperunt, 315. Decima septima eiusdem mensis, Aurificū Macadanus, vir artis suæ peritissimus, & ingenio raro præditus, Christi quoque corpori cū vxore, patrueli, & nōnullis alijs infertus est. Is cum ad domum limen peruenisset, vnde à supplicatione excipiendus erat, folia aurea argenteaque, vt latitiā animi, aurique cōtemptum ostenderet, quod tan to studio plerique quarunt, in instantem populū effudit. Perstrepebat eo tempore aurificum vicus, quem peculiarem, propriūq; possident, ingenti hominum multitudine, obumbratus multis diuersarum arborum ramis, frondibus, vexillis, trophæisq; vt varijs, ita aspectu iucundis, quibus suū Macadanum honorabant. Accidit post huius cōuersionem, vt alij eiusdē artis magistri non pauci Christo etiam fidem dederint.

*Aurifices  
suum imitā-  
tur antest-  
gnatium.*

Est insula quædam Ciorana, quæ duobus hinc distat miliaribus, in qua templum habemus, cui nomen impositum est Beatæ Mariæ virginis à Gratijs. Hæc insula, vt credibile est; eiusdē Deiparæ Virginis præcibus, vberrimā etiā & felicissimā messē dedit, qua salutarī fonte baptisatis multos

multos è suis ablui vidit. Nolebat enim pia virgo inter tot vibes Euangelij foecūdiſſimas hanc vnā sterilem, & inſuſceptam permanere, in qua magna cū religione ipsa præſideret: quin potius tristiſſimam, & ploratum ( nā hoc Cioran insulæ nomen significat) in lætitiā, & interiorem spiritus consolationem conuerti voluit. Res autē sic se habet: ceterum enim Ethnici de factis, nescio quibus cærimonijs contra edictū Regium, præscriptaque viuendi cōsuetudine violata accusarentur, idque ipse Prorex egrē tulisse: visum est Patribus nostris tētare, si timore pœnæ quā incurrerāt, in cōmissi contra Deū sceleris dolorem & cognitionē venire possent. Erāt 500. vel 400. fortassis, qui in castello quodam satis amplo, habitabant. Ad hoc igitur explorandū cū Patre Dalmeida, & Amato Corea accedit Ioānes Ferdinādus, qui & à rationibus in ciuitate erat, & eiusdē Palmeti dominus. Hic statim quos reos maximē esse iudicauit, cōprehēdi, & in vincula cōiici iussit: qua seueritate, qui in castro erāt, attoniti, vbi se poterāt, abdebat. Idē porro ex captis priusquā in carcerē detruderētur, singulatim vnūquemq; interrogabat, nū Christianus fieri vellet. Ex eorum itaq; cumulo proceræ staturæ senex quidam, & inter eos facile primus, diuino (vt ipse credimus) Spiritu afflatus, inter ceteros exurgens, & silentiū manu petens, clara voce ad eū qui à rationibus erat: deinde ad suos orationem conuertit. Quorsum, inquit, ô socij, vincula, & custodiæ? Me suauore Christianā fidē si omnes amplectimur, res omnis, & vita extra periculū crit. Vix hec verba protulerat: & ecce vna omnium vox fuit, Christianos se fieri vel- le. P. Dalmeida cū fratribus interim in Ecclesia expectans euentum rei, festinus occurrit, salutat

*Ciorā tri-  
ste signifi-  
cat.*

K iij omnes.

*Vera con-  
uerſionis  
ſigna.*

*Trecenti  
conuerſi.*

*150. alij ac  
ceſſere pri-  
oribus.*

omnes, & magna animi lætitia quos poteſt, amplectitur: idem faciunt Fratres. Fit ingens exultatio, & clamor, cadentibus præ gaudio lachrymis. Quid multis: Creſcebat indies magis, ac magis fides, & Spiritus ſanctus, benignus animorum illuſtrator ignem diuini amoris, notionemq; fidei latius diſfundeat. Summa enim, & admirabili incunditate hinc inde vidiffes eos tum matim prodire, & quos quiſque poterat adducere, conmitti, vt fidei participes eſſent. Adducebat pater filium, filiam mater, frater conſobrinum, ille auiculum, alius alium, amicus amicum. Erant etiam qui nõ vocati vltro ſeſe ingererēt, & in ſalutem animæ captiuos darent. Itaque factum eſt breuiſſimo temporis ſpatio, vt cum octo tantum reos, aut vt plurimum, decem conuertendos putaremus, præter omnem ſpem, & expectationē ita numerus excreuerit eius beneficio, qui quinque panes, & duos piſces diuiſos multiplicauit, vt eſſent trecenti, & eo amplius, qui omnes vna voce pariſque conſtatim facio baptiſmatis fonte ablui ſe petebant. Huius tanti beneficii, quod operata eſt diuina miſericordia, cum primum per Fratres hic Goæ certiores facti ſumus. tantum gaudium accepimus, quantum verbis exprimere nemo poſſet. Pater Antonius Quadrus re intellecta, ſpiritu exultans, ſtatim nauigio cū Fraciſco Roderico inſulam adiit: reuerſiſque numerum eorū, qui Chriſti ani fieri vellent. 150. prioribus adiectis, iā quadragēteſimum ſupra quinquageſimum attingiſe nunciātur. Interim Pater Gonſalus, cum Patre Petro Dalmeida exponūt rem hanc Proregi, vt acta erat: qui mirificè exhilarat⁹, diu baptiſma prorogari noluit. Paratur igitur interea temporis Deiparæ Virgini Sacellum tumultuario opere, & dies

& dies eligitur Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, in quo baptiſma diu cupitum nouo huic populo Chriſti ibidem conferatur: Prorex, quæ ſolet eſſe conſuetudo illius, & ſumma benignitas, ipſemet intereſſe voluit. Intererant etiam non pauci Brachmanes, qui & in Inſulæ parte alia ſeparatim vitam degunt, & cum cæteris accuſati non erant: ſed tamen conſcientia ſcelerum perſtricti, conſcijsque ſibi malarum rerum, cum vererentur, ne Proregis in inſulā aduentus poſt baptiſma in ipſorum perniciem redūderet: plurimi ex ijs clam noctu proprijs ædibus, omnibusque pro derelicto habitis ex inſula in continentē fugere decreuerant. Quod feciſſent, niſi quorundā diligenti ſtudio præuenti, & Regio in ſuper edito prohibiti fuiſſent, ne quoquam extra inſulam pedem efferrent, alioqui copias, & opes vniuerſas perdituros eſſe. Placuit tandē diuicę bonitati, vt 30. ferē ex his fidē noſtram amplecterentur, quos cum alijs baptizauimus. Rebus igitur bene conſiſtitis: venit Prorex: huic in littore gratulabundi occurrere debebant, qui paulō poſt ad baptiſmum accederent, numero ferē 507. quos P. Antonius Quadrus cū alijs nõnullis Fratribus in ordinē, & modū cōcinnè digeſſerat. Tandē erecto crucis vexillo, vt fit Chriſtiano more, tympanoq; pulſato, viā qua Prorex vêturus erat, ingrediuntur, vt illi obſequiū, & honorē pro merito defererēt. Viros mulieres ſubſequūtur, proles quæque luas aut ſinu geſtantes, aut ducentes manibus. Vbi ad Proregem oēs perueniſſent, ad eius ſe genua prouoluūt, & vt quiſq; nouerat, ac poterat, Proregē officioſiſſimè ſalutant. Manus cum lachrymis extendunt, amplecti, & hæere eius veſtigijs, amorem, & beneuolentiā oſtendere, deniq; facere.

*30. Brach-  
manes bap-  
tiſmum pe-  
tunt.*

*Quingenti  
ex 7. bap-  
tiſma am-  
biunt.*

cuncta quibus animi lætitiã immodicã declararent. Ille humaniter ac benignè omnes vlnis amplexus, patrio, ac patri amore (vt charitas, Christianaq; religio suadebat) erexit, ac cõsolatus est: Ex illo loco simili deinde ordine in tẽplum itũ est, aderat cum Prorege Vicarius, & Prior Dominicanorũ, ac P. Confaltus, nonnulliq; alij Collegij nostri fratres, qui quod in mādatis habebãt, vt viros induerent nouis vestibus, ilicò quã diligentiſſimè perficiunt: Postea mulieres eodẽ quo diximus, ordine iter ad tẽplum capiũt. Hic igitur omnibus in vnũ cõfluentibus, & monticulũ quẽdam exiguum, qui ex aduerso obiacet tẽplo, confertim vt sit, ascendentibus, ibi demũ magno fragore & applausu, exoritur incredibilis quẽdã musicorũ harmonia, tubis, ac cornibus, citharisq; & varijs instrumentis iucundè modulantiũ, aduentumq; gratulantiũ. Prorex audito tam suauiconcentu, fenestris eđiũ innixus, vbi tũ se cũ suis collegerat, adiunctis S. Dominici, & Societatis nostrę Patribus, & tantã multitudinẽ alacriter, & iucundè prospectãs: quãtas potuit, diuinę bonitati gratias egit, quòd tantis hãc insulã beneficijs cumulasset. Baptismate celebrato, viri, & pueri collegiũ ingressi cõiunio excipiũt. Interea Prorex cũ religiosis, ceterisq; magnatib<sup>9</sup> atriũ ingressus, quasi ministrorũ vnus, mensas circuibat, & virgã manu tenens, curabat ne quid omnino cuiquam decisset, multis insuper illos officijs prosequens, excitansq; colloquijs, & pijs adhortationibus, quę res non mediocriter oēs affect: id potissimũ cõtendebat efficere, vt nouã fidẽ vitę puritate cohonestarẽt. A cœna in eundẽ finẽ mēse accubentibus omnib<sup>9</sup> concionẽ egregiã habuit, eosq; adhortatus est, vt beneficiã à Deo accepti memores nõ solum in

Chri-

Christiana fide ad extremũ vsq; cõstãtissimè persistãt, verũ etiã pijs operib<sup>9</sup> se Christianos esse declarẽt, faciãtq; vt vitã cũ nomine cõiungant, & appellationi honorificentissimã nõ dissimiles actiones respõdeant: sic enim futurũ, vt eorũ viuẽdi ratio in posterum, reliquos in suis erroribus adhuc miserè iacẽtes, ad Christianã vitã amplectendã moueat, & instiget. Absoluta hac Proregis adhortatiõẽ, frater noster Emanuel Theſſeïra alta voce Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pronunciauit, Christianis magna alacritate, & lætitia eadem verba repetentibus: atque hoc modo sub occasum sois cœna absoluta dimissi sunt. Prorex Goam cum his qui eum secuti fuerant, rediit gaudio, spiritũque plenus. Mulierum baptisma, quòd plurimã essent, in bonam partem noctis protractum est. Reliquum est, dilectissimi Patres, ac Fratres, vt omnium bonorum authori Deo ob tam singularem in suos bonitatem, & clementiam, gratias quã possimus maximas agamus, deprecemurque, vt his nois suis militibus vires, spiritumque suggerat, atq; animi nobis fortitudinem addat, vt in hac vberissima, copiosissimãque Christianorum segete strenui operarij simus, administratorẽsque mysteriorum Dei fideles: vt Christiana fides se in hac tam misera, perditaque mundi parte, plena densissimis errorum nebulis, ac Mahomerica pestẽ infectã, quotidie longius ac latius inualeſcat.

Addã & nõ pauca alia quę nõ ingrata vobis futura arbitror: His diebus cum sacũ missã officiũ perageretur, cui multi iam tunc recenter baptizati intererãt, præter omnem spẽ, magna Patrum ac Fratrum læticia, 10. Christiani effecti sunt, ob vnus conuersionem, ipsos etiam Brachmanes durissi-

*Alii decem  
baptizati  
cum quodã  
sano vi-  
ro.*

riſſimos animi pertinacia longè ſuperantis : per quem, vt res ipſa docuit , plurimos alios conuertendos ſperauimus. Iam enim cum coniuge ac liberis baptizatus eſt.

*Alij 30. vni  
diantur.*

Decimoſeptimo Septembris, trecentos quinquaginta baptizauimus. Fuit enim hic menſis mirè ſœlix, in quem , præter reliqua, tria celeberrima baptiſmata inciderunt. In quorum primo 291. in ſecundo 200. in tertio 66. baptizati ſunt. Præter hos fuere 200. quorum baptiſma in Octobrè dilatum eſt. His acceſſit quòd Paris noſtri Præpoſiti literas attulit , quibus Romæ communibus precibus oratum eſſe cognouimus, pro iis qui in Orientis partibus verſantur : idemquæ à noſtris in Luſitania factitatù eſſe per omnia quæ in eo regno ſunt collegia accepiſimus. Quæ res nõ potuit non plurimam nobis adferre conſolationem.

*402. Bapti  
zati.*

*Iſtè alij 263*

*Alij 516.*

*Princeps  
quidã cum  
13. ad Bap-  
tiſma uenit*

Vir itè alius inter ſuos apprime nobilis, & in hac inſula cuiuſdam oppidi Princeps , Chriſto militaturus , cum tredecim , quos ſecum adduxerat, nomen dedit, adiecitque curaturum ſe, vt paucis poſt diebus centum, & eo amplius ad fidem adducat. Sed vt rem in pauca conferam , numerum nunc adſcribam eorum qui hoc anno per viginti baptiſmata Chriſti fidem ſuis erroribus reiectis ſecuti , noſtrorumque opera in hoc Goenſi collegio baptiſmatis vnda abluti ſunt: vt habeatis, quamobrem maiore animi lætitia in conuerſione tam multorum hominum exultetis.

Fuerunt autem in vniuerſum amplius quàm tria millia

millia trecenti, & triginta. Non poſſum facere, quin hic adiciam , quanta charitas ſit eorum qui de Sancti Dominici, & D. Franciſci familia ſunt, in his ethnicis ad fidem conuertendis. Nam vt ſolicitos æterni Patris familias ſeruus decet, ſtrenuam operam ipſi quoque nauant , quo ad cœnam glorioſam agni, atq; cœleſtem Hieruſalem demum qui vocati ſunt, perducantur: nõ ſolũ in hac Goenſi ciuitate, in qua multos ipſi baptizauerunt, verũ etiam in remotioribus, & ab hac lōgè diſtantibus terræ partibus, in quibus & Evangelicam veritatem ſedulo promulgauerunt, & plurimos æternæ ſalutis, catholicæque fidei participes fecerunt. Adiciam nunc celebriora nonnulla, quæ in horum, aliorumque conuerſione acciderẽ, nec omnia tamen ſigillatim perſcribam, ne longior quàm par ſit, inſtituatur narratio.

Erãt in hac Goenſi inſula quidam adoleſcens Brachmana, in lege eorum verſatiſſimus, & inter cæteros ingenioſiſſimus, quem ſæpe ſequenter P. Melchior Carnerus adibat , idem faciebant voti ſacramento initiati, hominis conuerſionem auidiſſimè ſitientes. Nam præterquam quòd Luſitanicum idioma probè callebat, aliis multis à natura donis præditus erat, nimia tamen diligentia, & ſolicitudine circa rituum, & cerimoniaſum ſuarum cognitionem anxius videbatur. Quocirca hoc ſibi de eo pollicebantur Patres , ſi is aliquando Chriſti fidem ſuſciperet , futurum vt magnum certè religionis noſtræ fructum ab eo Chriſtianus populus perciperet. Ille quo tempore parentes cum tribus, aut quatuor eius fratribus, ad baptiſma ſe præparabant , quamuis bonam iam de ſeipſo ſpem dediſſet , neſcio tamen qua cauſa ex Goa clam auſugit. Paucis verò poſt diebus

*Monachorũ  
in conuerſionis  
ge-tilibus ſim-  
dium.*

*De præ-  
clariffima  
Brachmanum  
conuerſione.*

*Humilitas  
magna in  
Brachma-  
nis.*

*Emanuel  
Oliuera  
Brachma-  
nis.*

*Veacus.*

diebus, iam ipsius parentibus Christianis effectis, nulla adhibita à nobis, vel aliis diligentia, tantum Deo Opt. Max. operante, ad nos in Collegiū sponte venit. Quæ res Deo gratias agendi, ac diuinæ bonitatis, prouidentiaq; collaudandæ materiam suppeditauit maximam, præsertim cum certum haberemus hunc esse dextrum (quod aiunt) oculum inter suos, & cui præ cæteris Brachmanes plurimum tribuebant. Hoc vnum rarum, & peregrinū in illo fuit, quod cum pompa baptizari, & ab ipso Prorege suscipi noluit, sed in collegio nostro duobus dumtaxat honestis viris, cum quibus magna illi fuerat familiaritas, vt in baptisate præsto essent, adhibitis. Christo se, ac fidei catholice confecerunt. Inditi illi nemē est Emanuelis ab Oliuera. Domi nostræ per aliquot dies doctrinæ Christiana ita sedulo incubuit, vt nullo negotio bonam partem memoriæ subito mandarit. At quantulum temporis per omnes dies Pater Franciscus Rhoderiques eū informabat de creatione mundi, redemptione humani generis, iuxta sacras literas breuiter ac aperte interrogationibus, & dubitationibus, quas adferebat plurimas, per omnia dissolutis. Post susceptam vero fidem deprehensum est, aliud semper illum dignum admiratione parere, proferreque in medium, quod ad Dei Op. Max. honorē faciat, & dæmoni ignominia, dæmoni q; cultoribus Brachmanis suis ingēs dedecore inurat. In cætera cum intellexisset in cōtentione de Brachmanis quædam patriæ perfidie studiosissimum, octo iam annos in transcribendis libris, variorumque authorum operibus in vnum consarcinandis nequiter, & laboriosè prodegisse, & in eodem labore adhuc versari, & potissimum in libris nescio cuius Veaci, quem tanquam prin-

cipem,

cipem, & coriphæum æstimant, qui quæ 18. commentariorum volumina in patrias leges, aliásque constitutiones variorum doctorum suo tempore reliquit: facultate à Prorege prius accepta, 3. adiunctis Comitibus viris grauissimis, ad locū vbi virum hunc habitationē habere cognouerat, iter arripit: & noctu bibliotheca illi omni ablata ad nostrum Collegium, tanquam optimis spoliis ab hoste relatis triumphanti similis rediit. Sciebat enim quanti momenti id esset ad summam ignominiam inferendam Brachmanis, si fœdis ipsorum abominationibus, & fraudibus detectis præcipua quæque in linguam maternam transfunderet, id quod etiam fecit: atque in lucē venire passus est, eamque in regnum Ceilanum, in quo copiosum, & frequens est hoc genus hominum, & qui legis suæ eximij doctores habentur, deferre voluit. Hac occasione tam oportune data, visum est Vicario Dominicanorum, Patribusque nostris, vt cum Prorege de publicis contra eos instituendis disputationibus agerent, vt singulis diebus Dominicis iuxta Paræchiarum, quas vocant, partitionem, Brachmanes alios in S. Francisci, alios in S. Dominici monasterium, alios itē in hoc nostrum D. Pauli collegium acciri iuberet, quibus cum nostri de lege, cærimonisq; gentilitatis conferrent, vt vel hac ratione ignorantem hebetem exuerēt, fœdamque illuicem errorum, quibus miserè immerfi sunt, intelligerent. Sed dictū mirum est, quantopere displicuit illis Proregis in ea re mandatum, & quanquam obnixè omnem lapidem mouerint, & dæmonis arte nihil non moliti fuerint, vt à tam pio animi proposito Proregem auerterent: plus tamē apud illum diuini honoris, & fidei zelus, quam omnes dæmo-

*Disputatio  
nes institu-  
untur cum  
Brachma-  
nis.*

nis



*Modus disputandi cū Paganis.*

*Brachmanes uicti, sed nō persuaſi.*

nis fraudes valuerunt. Primum igitur electus est P. D. Confalvus, qui verba cum illis facere, cōcionariq̄ inciperet. Eum P. Franciscus Rhodericus secutus, in hunc vsq̄ue diem negotium ceptum diligenter prosequitur: modus autem quem obseruare solet, hic ferè est. Proponitur initid̄ caput aliquod ex eorum legibus, idem pro concione mox Pater impugnat, ac refutat. Primis ferè diebus quibus disputari ceptum est, negotio adhuc recenti, aliquid in errorum suorum defensionem proferre satagebant, sed rationibus tam inualidis, vt nihil supra, planè ipsorum cecitati, ignorationiq̄ue congruentibus. Mox ipsa veritatis luce paulatim emergente, uicti, deiectiq̄, cum nihil aliud haberent ferè quod comminiscerentur, in excusationem dicere soliti erant, se nec doctrina, nec concionibus exercitatos esse, sed qui ad hæc omnia satisfacere abundè possent, in insula Bisnagena commorari, eò proficiscendū esse, & cum illis agendum. Quæ responsio Lusitanos, reliquosq̄ue qui in rem præsentem venerāt, Christianos, ad risum pariter, & cōmiserationem excitauit, neq̄; credi quitū est, superesse adhuc homines rationis capaces, præsertim ex iis qui politicam vitam profitentur, qui stultis eiusmodi ineptiis locum, & fidem darent. Pater Lusitanico idiomate agit cum iis, qui norunt, alios per interpretem alloquitur, in eoq̄ue munere dexterè, & fideliter obeundo, sacerdote quodam utitur Canarino nomine Andrea, viro docto ac prudenti: cum iam inde à puero hoc in Collegio educauimus, in quo virtutum, ac honestæ vitæ primis iactis fundamentis ita enituit, vt nihil supra. Agit in hac Insula iuxta Diui Ioannis templum quod extra ciuitatem situm est, omnemq̄ue ope

ram

ram quantam conferre potest, in Ethnicorū conuersionem libenter collocat. Ad hanc autem concionem Patris vt plurimum trecenti Brachmanes confluunt. Die quadam cum incallesceret inter concionandum, dixit, hoc vno vel maxime argumento perspici posse illorū ignorationē, improbitatemq̄, quod ipsorū doctores ad quæstū, & applausum legem suam doceant, quodq̄; dicant quidam de grege ipsorum deo Risino (qui secundum putatur ab illis Trinitatis persona) seruiendum neutiquam esse. Hoc illi templum egressi cum negarent, assererentq̄; constanter, lege eorum comprehensum esse de cultu Risini, curauit Pater Rhoderiques sequenti dominico accersiri Emanueleṃ ab Oliuera Brachmanam eum, quem diximus, ante conuersum ad Christum, cuique plurimum fidei, ac honoris habere soliti fuerant, vt ostenderet velut ea quæ oculis cernuntur ipsorum idiomate, propriisq̄ue suorum Prophetarum libris, verum se ante docuisse. Ille statim ad Brachmanas conuertens orationem Lusitanico sermone vsus, in tantam crexit admirationem nostros, reliquosq̄ue omnes qui in templo aderant, vt explicare nemo possit: non tam ob eloquentiam, dicendiq̄ue grauitatem, quam ob libertatem, quam nouus iste, & strenuus Christi miles, coram tanta multitudine dicendo vsurpabat. Accidit hoc post quatuor menses quam Christi per baptismum alumnus esse cœpisset. Cuius ferè hæc sunt verba: quæ quoniam efficacia sunt, ascribenda duxi. Viri Brachmanes consanguinei, ac populares mei, scitis omnes ex eadem me qua vos natione procreatum esse, quique inter vos primi ordinis, & nobilitatis sunt, mihi consanguinitate iunctissimos, nec

*Risino secūda in diuinis apud Paganos persona.*

*Veheṃētē grauis ordinis noui Christiani*

*Paganorū  
variarū su-  
perstitiōes.*

nec clam vobis est, quān̄ fuerim olim eius quān̄ vos religionem dicitis, ego superstitionem nunc appello, studiosus: in qua promovenda licet aetate nondum satis adulta, tamen studio quodā in defesso veritatis plus vobis omnibus, aut certe plurimis laboravi. Tendebam enim magno animi mei desiderio ad excellentē scientiæ gradum, ut vobis prodesse, quaestionumque nodos omnes dissolvere acurē possem. Cuius rei testis est illa in hunc finem patrum bonorū tam larga profusio mea, difficultisque per tam varias regiones peregrinatio: (qualem paucos, aut neminem è vobis fecisse certō sciā) nullis parcebam in hoc neque sumptibus, neque laboribus, ut tandem invenirem, qui lege nostra perfectē me instrueret, & à dubiis liberaret: accessi ad varia idolorum phana, multas aquas, balnea, lotionēsque infinitas expertus, quas vos stultissimē sanctas creditis. Quamobrem cum aetate nōdum prouecta essem, neque adhuc sim: (ut ipsi etiam me tacente videtis) tamen hoc inter vos consecutus eram, omnibus, ut reliquis doctior haberer, & fidus legum paternarum interpret, & magnæ semper existimationis. Verum postquam diuinæ bonitati placuit in tenebris errantem verum ad lucem veræ fidei traducere: hoc vñ verè profiteri possum, non nisi inter Christianos veritatem solidam reperiri, id quod ipse post susceptum baptismum, & manibus (ut dici solet) contractavi meis: & non sine magno meo pudore, diuinæque bonitatis admirabili precōnio, nunc demū multo apertius quān̄ antea perspicio. Nec enim vnquam Deus Opt. Max. veritatem affectanti deest, id quod ex mea vita coniectura assequi cuius facillimum erit, qui cum veritatem noscere percuperem, perturbato semper

& in-

& inquieto animo volutatus, nihil in lege vestra solidum habebam, nihil stabile, aut firmum satis, quod anxium, fluctuantēque malis animum ad quietis portum euehere posset. Accedit adhuc quod intelligentiam ipsam istis se rebus maximē opponere, ac reluctari videbam, neque vnquam ad ea credenda inclinari, quæ ab omni recta ratione remotissima essent. Hoc tantum in me, qui beneficium exercuit clementissimus ille misericordiarum pater, idem in vos conferre paratissimus est, si sanctis inspirationibus, diuinæque vocationi aures facillimas præbeat, quod utinam hodie mihi cinere liceret: utinam contingat ut durus ille vester, & obstinatus animus se ad veritatem formet, & flectat, verisque rationibus, quas Patres hoc loco adferunt, pateretur convincertus enim sum, atque omni cum fiducia dicam illud, qua meus iam animus consolatione, & lætitia fruitur, eandem in vobis habituros, quī hactenus vitam infelicem, & inopem à veritate relictī, excecātī, miseriarumque plenissimi degitis. Quamobrem ut consanguineos meos vos oro, atque obtestor, ut hæc quæ à me dicta sunt, cum primū domum redeundi potestas erit, assidua cogitatione mentēque reuoluatis: hæc (inquam) acri commeratione animi perpendite, ut quod melius iudicaueritis, id persequamini: certissimō persuasi id quod res est, Deum Opti. Maxi. qui sua gratia menti meæ affulsit, vobis non defuturum, facturumque omnino, si non resistitis, ut clarissima suę cognitionis lux animos vestros illuminet, atque illustret. Nolite obsecro (ut plerunque consueuistis) harum rerum arduarum cogitationem deponere, soletis enim simulatque templo egressi estis, iam non magnopere co-

l

rum

rum quæ dicta sunt, recordari, sic affecti ferè, quasi hæc vobis aut dicta non essent, aut ad vos inimicè pertinerent: quum tamen verissimum sit, vestram his rebus salutem omnem, si parueritis: aut si neglexeritis, interitum sempiternum contineri: His aliisque simulibus prolixè cõmemoratis, sit em dicendi fecit, Brachmanis abeuntibus confusione ac stupore plenis. Caterum vnum est quod istos in maximam admirationem adducere sæpe solet, quòd de Brachmanis quosdam iam Christianos factos videant, qui hesternò die tanquam flamines tela obuolati, caput Turcarù more, linteo tectum gerere, viliorique habitu incedere solebat, eosdè nunc vehi in equis, nõ sine famulatio, cū nobilibus, & ducibus Lusitanis ciuitatem obequitare, tanta grauitate, & morum ciuilitate, perinde ac si in his moribus à pueris instituti fuissent: sic est autem genus istud hominum, vt quibus per facultates, & fortunas licet honorem libenter sectentur, provt status ipsorum, & vitæ ratio exigat. Sunt enim Brachmanæ quantum ego perspicere potui, laudis, existimationisque popularis sitientes: sequunturq; ambitiosum istud vitæ genus libenter: præcipuè qui amplas opes, & copias habent, & re lauta inter eos sunt. Pater Prouincialis iam tertio ad vos transiuit, quæ ex Brachmanum lege translata erant, quarum lectio non modò voluptatem maximam, sed & emolumentum adferet, aperietque facillimo negotio technas daemonis, quibus miseris istos opprimat, & persuadet, vt D E I loco summis honoribus se profèquantur.

Exemplar item missimus literarum, quæ donationè amplissimam habent eorum, quæ antiquus Bisnagenus Rex Ethnicus in gloriosi Diui

Tho.

Thomæ Apostoli gratiam ex vestigalibus persolui voluit: quæ vos quoque non parùm recreabunt.

Baptismatum iam est frequens numerus (diuino fauente numine) eum: quæ indies multiplicari animaduertimus, vt nisi ij qui baptismum expectant, ducentos excedat, Proregem, vt interfit, vocare vereamur: quam obrem institutum est, vt nobiles Ethnici non pauci, qui fidem nostram amplectuntur, quique singulari piæ religionis apparatu digni sunt in solennia Baptismata, cum plurimum talium copia est, à nobis referentur. Superioribus namq; diebus cum Patres Dominicani ad ducetos homines collegissent, & ad Baptismum Proregem, vt ferè fit, euocarent: facite, inquit ille, vt alius tantundem sit in numero, si fieri poterit, tum ipse veniam lubentius.

At verò Maunus quidam nauarum præfectus, qui, factu diuitijsque potens (quibus affluerat) & Lusitanorum fauore, quibus adiunxerat sorores suas in matrimonium, aliorumque spe, ac gratia confusus, qui Prorege familiariter utebantur, felicem hunc Christianorum progressum, non parum impediabat. Quam rem cum intelligeretur, de iniurijs per illum Christianis illatis, tamen quòd potentia excelleret, plerique illū excusare: & cum nullus esset excusationi locus relictus, culpam tamen, erroresq; graues eleuare studebant. Placuit tandè diuinæ bonitati calore, atq; splendore æternæ lucis adamantinæ cordis ipsius duritiæ emollire: vt non modò Christianus vitro factus, atque à nostris Baptizatus sit: sed & vxorè, filios, domesticosq; omnes eodè pertraxerit. Tātus fuit illi cœlitus infusus ardor animi, vt videretur hæc Patri Petro Dalmeidæ cõuersio nõ

L ij

abli-

*Multi nobis  
les fidè am  
plectuntur.*

*Mauri cuiusdam  
potētis nequis  
sima i christi  
anos su  
dia.*

*Eiusdem  
Mauri ad  
miranda  
conuersio.*

Oculos ha-  
rentes non  
videmus.

Runius Ba-  
retus præ-  
potens no-  
bilis cū 60  
sua profa-  
pia bap-  
tizatur.

Eiusdem di-  
ligentia in<sup>o</sup>

ab similibus illi, quàm in Diuo Paulo præclarissimo Apostolo, Gætiumque Doctore factam legimus. Hic enim quanto studio, & conatu Christianorum ruinam ante machinabatur, & nostræ fidei propagationem auertebat, tanto amplius, enixiusque postea contendere incœpit, Christiani nominis gloriam longè lateque diffundere, ardentissimo zelo accensus ex tenebricoso illo incredulitatis Oceano in serenissimum, tutissimumque fidei nostræ portū animas deducere, Deo Opt. Maximo de hisce rebus æterna sit gloria. Nescio profectò quid sit aut quomodo fiat charissimi fratres, vt tantis Dei beneficiis affecti, tamque euidenti bus obruti misericordiæ cumulis, quæ vel cæcis perspicua sunt: non profus animo deficiamus, defluamusque in abyssum diuini amoris, eoque inflammemur magis ad omnem pietatem, quò manifestius ista videmus. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam, præcipuè hanc vt amplissimam, ita maxime strenuis viris egerentem, vt pote ab omnibus hæctenus desertam: in qua tamen cernere licet singulis penè horis non sine ingenti consolatione, ac fructu prouidentia diuinæ stupenda opera, ex quibus illud vnum est, quod nunc dicam.

Vir quidam Runius Barretus dictus, nobilis inter suos, ac præpotens, anno elapso, cum sexaginta ex sui generis familia ad baptismum accessit: baptismò peractò, statim templum circumibat, pauperes quæritans, vt eleemosynas singulis diuideret. Adeo deinde in Ethnicorum conuersionem magno studio incubuit, vt vitam sibi acerbam existimet, nisi in omnibus qui fiunt baptismis, à se conuersos aliquos conspiceret. Credo eundem hoc anno cum minimum centum ad

nos

nos baptizandos deduxisse: Sit nomen Domini nostri Iesu Christi benedictum.

Alius quoque honestus vir, natione Lusitanus, qui palmetū in hac insula possidebat, Ethnicorū oppido contiguū, accensus ardore fidei, tētare voluit, si potis esset aliquos in numerū Christianorū adfiscere. Placuit Deo Opti. Max. pius ac feruens ardor, quem in salute conquirenda proximorum adferebat, tantamque dedit illi gratiam, vt prima venatione progressus duodeuiginti secum adduceret: ac non ita multis post diebus vnum & sexaginta, atque mox ad Patrem Dalmeidam litteras dedit, indicans se à nouis illis Christianis magno amore, & charitate exceptū esse. Alius itē vir prob<sup>o</sup>, & spectatæ vitæ, frater cuiusdā sacerdotis è familiarib<sup>o</sup> nostris, supra centū Christo lucrificet.

Accidit proxima elapsa hyeme Dominico quodam die post meridiem cum tympano, & fistulis auditis dubiū haberemus quid rerū ageretur: vt quendam bonum virum repente Collegium nostrum ingredi conspiceremus, multis stipatum puerulis, fœminisq; præ nouitate rei confluentibus in vnum: Ille verò viginti homines adductos, exultans læritia nobis veluti in manu assignauit. Erant inter hos quibus torques aurei è collo dependebant, alij qui more Turcico pepa gerebant capitibus obuoluta, quos omnes ex nobiliore eorum: artificum genere delegerat, qui cum metallis fundendis operam locant, tū apud Goenses non minimo in precio sunt, atque ij quotquot erant eius industria conuersi, paratos animos offerebant, primo quoque baptismate Christum vt induerent. Ex hac re facile perspicitur, quantum lenimentum curarum huiusmodi labores, & ad hæc loca quantumuis remora, ex-

L iij

conuerter-  
dis alijs.

100. Bap-  
tizandi

18. Bap-  
tizi.

Alij. 61.

Alij 100.

Fusores  
metallorū  
ad fidem cō-  
fluunt.

Felicitas  
Euangeli-  
zantium.

*Infelicitas  
ociosorum.*

curfiones parere foleant ijs, quos honor Dei, & zelus animarum ad opem adferendum excitat tantum non miferiis: contra vero quantum ij pudorem mereantur, qui facile inopiam feleclifimorum operatiorum vident, fed otio, & ignavia torpentes nobilitatim omnium aetioni. quæ est in ignavis instruendis, infistere vel difsimulant, vel negligunt. Arguit certe nos Dominus Deus dum non per Laicos folum, & matrimonio iunctos id operatur, quibus (quod Chriftianifmi communi vinculo tenentur) mandatum est de proximo: verum quod admirabilius est, per ipfos met etiam Ethnicos, & Idololatrias à vero DEI

*Idololat.  
træ ad fi-  
dem alios  
alliciunt.*

*Adolefcens  
Ethnicus  
baptizado  
rum nunci-  
us offi-  
ciosiffi-  
mus.*

*Admiran-  
dum gēti-  
lis indura-  
ti erga a-  
lios stu-  
dium.*

Opt. Max. cultu remotiffimos, magno Chriftianorum pudore, & confufione ad fidem nonnulli impelluntur: quemadmodum clarum erit ex ijs quæ fequuntur. Sanè æquum est, vt ob tam fingularem, & eximiam eius erga nos mifericordiam, maximas Deo ac Domino nostro gratias nobiscum agatis: in cuius manu est cor hominis, & quocumque velit, inclinabit illud. Aderat nobis fuperioribus diebus ethnicus quidam Adolefcens, qui P. Petro Dalmeidæ nunciauit in continenti fub imperio Maurorum quofdam esse qui Chriftiani titulo infigniri peroptabant: fed rem tam piam aggredi non audent, quòd timeant, ne fi palam fieret, hoc ipsis federe animo, à domesticis vetaretur: & moleftijs magnis inuoluri: quòd Chriftianifmū appetere dicerentur, ludibrio, de fpectuique omnibus fierent. Quare rogabat, vt fi velit, ad Lufitanum arcis cuiufdam præfectū literas daret: qui fi neceffitas effet, nutantibus, & dubijs auxilium ferat, feq; ad iftud opus exequetum paratum offert. Dat P Prouincialis literas, quas petebat: quibus impetratis, iter arripit ma-

gna

gna fatis diligentia. Nec post multum temporis ad nos, cū 9. qui facra baptismatis vnda ablui curperent, reuerfus est: Ipse tamen in pristinis erroribus aded obstinatè perseuerans, vt ne verbum quidem de fui conuerfione audire vellet. Alius quidam Macadanus, mercatorum qui Goæ sunt, præfectus, Ethnicus tamē, multos sæpè ad Baptisma deduxit, suam operā, & diligentiam offerens, tam in conquirendis, quam in perfuadendis hominibus, vt Chriftiani fierent. Brachmanes aliqui probi & huius ciuitatis facile primi, qui fidei nostræ, priusquam eam didiciffent, plurimum contrarij esse solebant, Patri Dalmeidæ oburgati facti (quem non mediocriter venerantur) publicis antè diebus semel, atque iterum beneuolè falutarunt, seque paratos obtulerunt ad omnia: scito nihil ita cordi nobis esse aiebant, quam vt Dei gloriæ, & tuæ reuerentiæ desiderio faciamus fatis. Inquirimus qui Chriftianam fidem amplectantur, quos cum licebit habere, quamprimum ad Collegium deducemus. Hæc cum fua sponte tam prolixè faciant, non possumus non profectò animi ardorem quem habent, admirari. Illud quoque non indignum relatu videri potest, quòd ij, qui ad fidem nostram accedere volunt, artes comminiscuntur, quibus ad baptismum se insinuant. Habebat iuxta D. Ioannis, vbi Pater Andreas Vazius Canarinus affiduus est, nobilis quidam, & egregius vir, qui præ pudore fidem Chriftianam, cuius sitientiffimus erat, amplecti non audebat: hic cum sciret edicto Regio cautum esse, multam incurfuros, qui publicis Idolorum cultibus assisterent, de industria facris operatus est, quæ Archæa vocant Ethnici, & tanquam statuarum hono-

L iiii

rem

rem exhibiturus, partem ex ea clam præcidit: Patrem postea Andream accedens, quid fecisset, & quid dein ab illo fieri vellet exponit: nam se ex composito rem hanc fecisse, vt cum deprehensus esset, in carcerem detrudi, dignasque penas à Rege latas dare posset: quomobrem hoc nunc se sedulo rogare eum, vt apud Vicarium se accuset, apud quem perductus hoc commento liberetur à parentum, & consanguineorum metu, seque audacter Christianismo dare posset. Addebat insuper, nisi hoc faceret, ipsum se delaturum Vicario, quòd oblatam tam commodam occasionem, qua Christianum facere possit, abieciisse videatur. Pater, vt erat propagandæ fidei nostræ studiosissimus, statim iussa exequitur, accusat hominem, ac salutaribus vndis ablui curat. Sunt qui callido prætextu hoc agunt, vt se vincì à lictoribus, & ad ciuitatem duci, tanquam ob flagitium patiantur, vt hac ratione effugiant contumelias à parentibus audiendas: quibus cum ad portas ventum sit, à lictoribus immunes esse placuit, ne suspicionem apud Christianos incurrant, inuitos ad baptismum cogi. Huius ardoris, & constantiæ quamvis crebra exempla ædita sint, singulis tamen commemorandis insistere superuacaneum esset. Cum in ædes cuiusdã Macadani inter omnes quos in hac Insula vidi gentiles candidissimi, ac mirificè humano ingenio præditi, fortè fortuna Christianus quidam Adolescens præsentè Patre Dalmeida ingressus, locum vbi cibum capiebat, attingisset (quod illis pro piaculo magno est, tantiq; momèti, vt hanc vnã ob causam se extra societatè aliorum eiectos, excõmunicatosq; putent, à quo antequã expientur, & cum suis iterum in gratiam veniant & congressum, multis opus est

est cærimonijs, & sumptibus) adeo hac occasione Macadanus exhorruit, vt nullo cibo sumpto, què contaminatum putabat ab ingressu Christiani, exemplò ad nostrum Collegiũ venerit, fidei rudimenta percipiturus. Iam 8 elapsi sunt dies, ex quo cum vxore, & filio, & sorore baptizatus est. Quidam patre metallico natus, instanter admonitus, tandem baptizari voluit: pater homo violentus perquam iniquè tulit, vbi rem rescieuit, quotidie accusare filium, neque vt decebat, animũ anticipem adolescentis cepit tractare: postea tamẽ placatus ad nos venit, & filium commendare, vt ipsum sedulo, & accuratè ad baptismum suscipiendum præparemus, vtrò adhortatus est: ipse interim in errorum tenebris miserè, ac pertinaciter immorans. Cum alter quidam eiusdem officij ex morbo periculose decumberet, amicis ac parentibus circũstantibus, ridiculum quiddam accidit, sed quod lætissimum tamen ad exitũ perductum est. Habent enim ex more (quod facere pro oratione distitant) vt animã agentibus presso sint, & adducta vacca, quam iuxta lectulum ægroti statuunt, caudam in manum injiciãt moribundo: quam tam diu ægrum continere manu iubent, donec miseram, & infelicem animam exhalet. Adueniens huc P. Dalmeida, nescio quo casu, paganis omnibus inde discedere iussis, imprimis superstitiones, & cærimonias nephãdas detestatus est: & ægrotum admonuit de periculo, in quo erat, memorans incommoda cum presentis vitæ, tum æternæ dånationis mox futuræ exitium, si in sua perfidia diem claudat extremum: tandem Dominus Deus, qui hunc infirmum cooptare in electorum numerum dignatus fuerat, vt credere par est, tantum lucis illi impartitus est, vt

*Ridicula  
superstitio.*

est vt verbis Patris fidem adhereret, asacriterq; diceret se credere, Iesum Seruatorem esse mundi, ei que in manu positum esse, vt eterna beatitudine eum donaret. Ibi Pater incredibili gaudio accessus, quod prædam desperatam ex tartarei lupi faucibus eruisset, baptismum volenti contulit; quo facto, post tres non amplius horas, felix illa anima vinculis corporeis libera, ad creatorë suū euolauit. Quam multi sunt, pro dolor, qui in erroribus suis sepulti animã cum vitã amittunt, ob solam instructorum, qui fide, & veritate eos instruant, penuriam. Vitã videre nobis contingat, vt quam plurimos benignus Dominus huc ablegat in vineam suam, qui tantã inopiã medeantur. Satis enim fati iam hæc in Oriente regna, per tot decursus sæculorum, sub crudelissima tyannide dæmonis in tenebris, & squalore afflictã iacuerunt. Alius quidã inter istos iam affecta gratie vir, sed vultu apprimè liberali, P. Andreas Varzio se cum vxore, proximo solenni baptisate Christiano, unum factis initiari velle pollicitus erat; instante verò mox baptisate, Patri imponens, in continentem fugam arripuit. Sed promissi nõ immemor, & numine deorum tactus, cum requirere exulcerata conscientia non daret, idolum adiit, & dubius consuluit, vt rum Christianam fidẽ amplecti deberet: nec hoc responso contentus, loquũ quendam (hi apud ipsos pro religiosis, & heremitis sunt) in deliberationem adiungit: dat ille cõsiliũ, vt duo ex floribus nescio quibus excerpta folia ferat, quæ super vtrumque ideli latus, à quo responsum efflagitabat, spũto affigat, futurũ enim, vt ex eo euentu foliorum clarè intelligat, quid optimum factũ sit. Nã ita se hæc hariolandi consuetudo habet: si folium quod impactum est, a:

*Senis cuiusdam prodigiõsa conuersio.*

*Alia instiguis superstitio.*

*Quibũ modo dicitur respon-*

refactum decidat, in eo omen omne bonum: aut malum inesse dicunt, si in sinistrum, aduersa omnia eius qui cõsulit inceptis: si in dextrum cadat, optimum omen, felicissimãque quẽ quis portendi. Cõsulto igitur idolo, factoque periculo, quomodo dictum est, folium ea parte decidit, qua Christianum fieri optimum esse significabatur. Quæ omnia cum ex voto succederent, nondum tamen acquieuit homo impacati animi: sed iterũ rogat loquũ, si phas sit, vt eadem folia super tẽpora idoli affigat, quod summum est apud eos in veritate cognoscende præsidium: quo facto idẽ euenit quod prius, Quid multa? nondũ extra scrupulos animus erat, rem ad vxorem deferendam, pleniusque cum ea deliberandum ducebat: illa nõ autẽ Christianum fieri debere putat, quã aliud idolum longè his (vt aiebat) sanctius, religiosiusq; consuluisset, dictũ ac factum. Cum igitur tẽderet ad idolum, serpentem in via cristatum reperit, veneno turgentem, pessimique augurij signum: tremefactus tot prodigijs, consternatoque animo domum reuersus, omnia vxori narrat quæ accidissent, persuasum habens Idola non aliter præcipere, quã vt Christianum se faceret. Quomobrem baptismũ quem antea in odio habuerat, huc petiitum venit, & quæ illi dura atque aspera euenerant, omnia sigillatim exponit, addens non aliter se de dijs suis statuere quã ostendisse eos multis signis Christianã legem subeundam esse. Hũc igitur cũ vxore P. Andreas in Collegiũ receptũ pristina ignorantia depositũ, in fidei rebus bene institutum, in quodam solenni baptisate Christi militiæ asseripsit. Mulier quædam pagana alterius puerulum Christianæ matronæ pietio adlexerat: puer interrogatus à nostris, nõ Christianũ dogma

*sa petant  
Ethnici ab  
idolis.*

dogma amplecti vellet, annuit ex animo se velle, allatamque vitulinam carnem, apud illos sacrā, & ex qua vesci summa religio est, ante omnes comedere. Edenti superuenit mater eius, obstupitque non sine multis lachrymis, dū ex sacra carne manducantem filium vidit: mox rem attentius expendens, se quoque filij beatissimo consortio nihilo fecius in fide ascribendam putauit, quo tam læto nuncio Pater excitus, mittitur ad eos vbi erant, vt in fide instituerentur. Inuenta etiam est quæ ob venditi pueri crimen verita, ne pœnas grauiores incideret edicto comprehēsas, ilicō se Christianam esse velle clamat. Visum est Deo Opti. Maxi. hac via longē à nostro iudicio aliena, suas facere has errātes ouiculas, atq; in gremium per nostros abducere sacrosanctæ Ecclesiæ. Non vulgare veræ conuersionis signum est, quod neophyti marmoreas statuas, & saxeæ idola ab ethnicis occultata, qua possunt diligētia è terris eruunt, nostrisq; tradunt, vt conuincantur. Inter alia vna præ cæteris magnitudine, & artis præstabilis, effossa est, magni cuiusdam Dei, vt ex insculptis characteribus apparebat, quæ historici eorum loquuntur totius insulæ præsidem, ac patronum fuisse, & ab eo hanc Goensem ciuitatē nomen suum, & originem traxisse. Nec ab simile vero est, quod de nomine dicunt. Idolo enim: Gounati nomen est, Mauri qui continentē inhabitant, & in aula Regia quotidiana consuetudine agunt, hanc de nobis opinionem concepisse videntur (Brachmanis ea quæ per nos fiunt, omnibus vbique renunciantibus) nihil adeo arduum esse, factūque difficile, quod à nostris fieri non queat. Quæ res in tritum iam sermone prouerbium abiit, vt cū opus aliquod laboriosum,

aut ex-

aut excellens, quod vires humanas superat, significare velint. Dicant ne ipsos quidem Patres sancti Pauli id absolutum dare possit. Ad hunc modum nuper arcis cuiusdā Præfectus, natione Maurus, studium suum, & industriam maximam explicare cūm voluisset, addidisse memoratur, ne ipsi quidem Patres S. Pauli, si suam operam hac in re collocassent, meliorem effectum habituram, fuisse. Sit nomē Domini nostri benedictum. Ipsi adeo gentiles, & orthodoxæ fidei inimici, Christi seruos ob diligentiam quam vident in obcūdis negotiis impendi, laudibus euehere coguntur, quæ nos meritō vt diligentiores simus, & in omnem propagandæ fidei modum inuigilemus, excitant, & inflammant.

Multa alia cōsulto prætermitto: tum quod existimem bona ex parte vestris desiderijs satisfactum, conuersione tam fecunda ethnicorum, & Christianisræi felici successu quoquo modo expostis: tum vt aliquis epistolę terminus adhibeatur. Quamobrem hæc de nostris Goensibus dixisse sit satis, aliqua nunc mihi de externis scribenda putauit, quæ neque exigui momenti sunt, nec parum solatiij vobis afferre possunt. De Regum quorundam agam primum conuersione, qui iam nostram fidem agnoscunt, quos non ambiguum habemus (Dei gratia, vestrisque precibus, ac illibatis sacrificijs plurimum confisi) quin alij deinceps consequentur: nihil enim antiquius nobis est, quàm huiusmodi lætis nuncijs animum vestrum erigere, nouaque desideriorum flāma accendere, quod promptius, alacriusque ad hæc loca commigretis. Ex literis superiore anno à Malucco missis vos intellexisse credo, fratrem nostrum Ferdinandum Zorium in Bacciana remansisse, vt

De regum  
conuersione.Gounatus  
idolum un-  
de Goa no-  
mē inuenit



fisse, vt eiusdem loci Regi iam pridem conuerso, adfuit, & agat de fide promouenda. Quoniam verò apud nos habitat modo, qui Regem baptizauit, non fuenit difficile veram texere historiam, à situ insulæ exordio sumpto.

**Bacciani  
situs.**

Bacciana igitur insula septuaginta à Malucco miliaribus distans; Amboinum respicit, & ab eo toti regno nomen inditum est. Parent huic alic insulæ non infrequentes, nec incultæ, ex quibus est quædam non admodum populosa sunt; rebus tamen ad victum necessarijs omnes abundant. Panis, piscium, lignorum, aliarumque rerum magna copia est; illud, rarum, & peregrinum, quod panem ex ligno nescio quo, piscibusque contritis habent. Bacciani Rex ex sorore Regis Maluccensis est, qui in vxorem consobrino accepta, paulo post eandem in partu amisit: cuius mors vitæ spiritualis, conuersionisque in Rege factæ magnam attulisse causam videtur. Nam cum hæc ille per vim ereptâ, inuirtoque socero Rege Maluccensi, in regnum secum adduxisset, veritus ne aliquando tanta audaciæ ultionem illaro bello moliretur, commodius se res suas stabilire non posse credidit, quam si perfida Malumeti secta relicta, Christianam fidem amplecteretur. Hac enim ratione Lusitanis in fœdus sibi adsumptis, regnum firmiter se, validiusque habiturum iudicauit. Quamobrem citissimum, secretissimoque tractu Celocem instructâ, ad arcis Præfectum Eduardum Dezam mittit, exprimit illi animum suum, rogat ad se Patrem quendam ablegat, à quo in fidei rudimentis probe instituitur: in votis enim sibi esse, vna cum alijs sex, aut septem totius regni primatibus, Christianam sequi religionem. Præfectus legatione accepta, nihil hæsitans hæc diuino nutu fieri: eadem diligenter

diligentia Patrem ad illum amandat, quem eo officio dignum existimabat. Quoniam verò cum ijs, qui in arce erant, consilium istud Præfectus agitaſset, ne ad Regem Maluccensem res à quoquam suis perlata serperet metuebat: quod in procliu erat, cum vtrumque regnum in propinquo esset, & certissimum haberet Maluccorum Regem, si resciret, baptismum alterius turbatum, quod Christiano nomini maximè malè velle, & crudelissimus hostis putaretur. Hæc rem cum timeret, summo studio effecit, vt omnes in arce conclusos teneret, donec expansis velis Patrem conspexisset à portu soluisse: atque eo modo res celata est.

Appulit autem Pater ille in insulam Baccianam pridie Sancti Ioannis, cuius aduentum malignus humani generis hostis vt omnes res præclaras ægerimè ferens, veritus ne tanta præda ex vnguibz eriperetur, id vnum studio habuit, vt in aliam sententiam Regem adhuc fluctuantem transporteret. Itaque hæere; & animo ancipiti nutare, ac non obscuris indicijs, pœnitentiæ duci cœpit, quod etiam non difficile à Patre animaduersum est: aduentus sui causam exponit, & ad voluntariam Dei Opt. Max. misericordiam pro virili Regem excitare cœpit: verum ille perplexo, ambiguoque animo (vt erat) respondit: In re tam dubia, & tanti momenti non opus esse festinatione, sed caute, ac pedetentim progrediendum, & ad suos loquendum esse. His, aliisque consultationibus tempus protrahitur est, vsque ad octauum diem: qui cum faustus, & felix illuxisset, voluit altissimus DEVS benedictionis suæ dulcedinem effundere, & præcursoris sui precibus indulgens, animam Regis in tenebris agentem noua luce fidei illustrare.

**Baptis-**

Baptismus institutus est, Rex nomen Christo dedit, idem fecerunt omnes qui cum illo erant, Ipse verò omnium ultimus ad baptismum adductus est cum fratre, nepotibus, & affinis, quòd alios præponi sibi maximum gaudium putaret. Nomen habuit à D. Ioanne, tum ob sacrum diem eiusdem iam paulò antè decursum, tum in honorificam memoriam D. Ioannis Lusitani Regis, què nondum auditum erat obijisse. His feliciter iactis fundamentis fidei, Rex se ad phana gentilium deorum (Molcheas illi vocant) deijcienda, adæquandaque solo conuertit, in quibus tot annorum sæculis (quoad felix hæc fidei scintilla in salutem exarsit plurimum) demon imposturis prestigisque suis sequacem populū dementauerat. Malucceses per nunciū certiores facti de tam felici negotij fidei in ea insula successū, voluptatē quātam antea nunquam animo ceperunt. Imprimis Prefectus ipse, & qui vnā aderant Christiani, incredibile quadam lætitia affecti, mox indicta supplicatione gratias quā amplissimas Deo immortalī ob diuina in illos collata beneficia retulerūt, hymnis suauī Musicorū cōcentu decantatis. Quæ quò maior in nobis erat lætitia, tātò infelicibus Mauris acerbior tristitia, metusque grauior incessit, vt propemodum arreptis armis in arcem impetum facere velle viderēt, fecissentque, nisi pro tempore audacius facinus, & res viribus eorum maior extitisset. Iā quadrimestre tempus, & eo amplius in hoc regno Pater cum egisset, in alias insulas cōmigravit, totus conuertēdis Ethnicis intentus. In ea peregrinatione Regem ipsum itineris comitem, conciliorumque tuorum consilium habuit, qui nō solum blādis verbis infideles hortabatur, vt Christianos se fieri paterentur, sed etiā

*Rex suos omnes ad fidem adducit.*

amicè

amicè manu ducebat baptizandos. In quo tam oblequiosum se præbuit, tantaque vsus est diligentia, vt vix toto illo itinere fuerit vel vir, vel mulier, vel adultus, vel iuuenis, vel ancilla, vel feruus vllus reperitus, qui non ad baptismum summe suæ voluntate accederet. Inter hos commemorare libet primo loco ipsam matrem Regis, filiam legitimam, tres sorores in matrimonium elocatas, reliquamque multitudinem nobilium, amicorum, procerumque regni, ac subditorum, quorum tum copia occurrebat. Altera mediocris regni portio baptizanda superest. Pater verò cum vnus tot rebus exequendis satis non esset, assiduis laboribus fractus, grauem adeo morbum incidit, vt minimo minus abesset à morte. Quare valetudinis recuperandæ gratia, Moluccum à Rege missus est. Interea ipse Rex Doctore suo orbatu (cum 26. annum non excedat) in fidei rebus dubijs quem consultat habet aeminē. Rex iste forma est liberali, proceritate corporis supra mediocritatem, Europeis adeo non dissimilis, vt Lusitanus haberi posset, nisi color fuscus, & adusta magis effigies vultus, quàm in nostris, natale solum ipsius proderet. Testatum reliquit Pater ipsum Regem, aliisque baptizatos illic à baptismo voluptatem quandam insolitam Dei beneficio hausisse. Missa sacrificio magna cum attentione, & religione Rex cum suis interfuit, tamque se pium, & supplicem, venerabili sacramento exhibuit, vt nihil internosci posset, alienusne, an nostras esset, qui à primis annis Christianam doctrinam audiuisset: non obsecrum quoque præ se tulit, rationemque nostram illibatā hostiam offerendi summopere sihi gratam esse. De rebus diuinis verba facere cum

*Regis mater, sorores, & tota nobilitas, Christum agnoscūt.*

*Christiani principis erga diuinam animam.*

M

alijs

alijs , & expiscari semper aliquid, vt iucundissimū illi est, ita vtilissimū: denique veræ cōuersionis signa certissima dedit. Quod etiam apertius nunc quàm antè elucefcit: cum enim Rex Maluccensis Lusitanis bellū indixisset: ad eorū defensionē se totū dedit, & ad S. Crucis inimicos perdendos operam contulit, quantā potuit maximā. Spes egregia nos fouet, cum Moluccēse obsidione soluta, multis hic salutis authorē futurum: ipsi præsertim, qui priusquā bellū oriretur, amicitiam cum eo, & familiaritatem expetebant. Vtinā tandem diuina bonitas in hanc amplissimā messem multos operarios ableget, quod si fiet, dubiū esse non potest, quin breui tēporis spatio è crudelissimarum Harpyarū vnguibus, diabolis inquā, marginū animarū numerū extorquere licebit. Nuncō dolor, ob inopiā eorū qui panē catholicæ doctrinæ frangāt efurientibus, videre est inscios, ignorantē ad apertū exitiū prolabi. Conuersionē Regis Scilani prætermitto, qui à duobus iā annis baptizatus fuit: silētio quoq; prætereo Zimorini felicē ad fidē aditū, è cuius regno Sandalū lignū il luc deportatur. Rex ipse ad P. Balazarū Diazū vltro scripserat, obnixē rogans, vt ad se sacerdotē aliquē mitteret, à quo fidei rudimēta doceretur, q̄ iā in desiderio haberet, Christianus esse, cū totius regni sui primatibus, ea spe inductus, vt si quisquā nostrū eò pedē intulisset, reliquos oēs ad fidē nullo negotio permoueret. Duo autē si addidero, sinē scribendi faciā, quæ omnibus Christi fidelibus maximo solatio fore confidimus. Primū certē inter oēs res admiratione dignas annumerari potest, quod per inuictissimū, gloriosissimūq; nomē Iesu mūdo patefactū est: quāta enī crucis esset virtus, & quā inexpugnabilis potētia iuxta Scilanum, paucis antè diebus videre cōtigit.

Scila.

Reges Scilani & Zimorini cōuersi. Sandalū.

Scilano regno Malauarense ex propinquo adiacet, cui⁹ Rex Vincetreuirus (huic magna olim cum P. Francisco intercesserat familiaritas, quo tēpore hanc regionē vir pius magno æstuās animarū conuertendarū desiderio, indefesse lustrabat) Anno iam elapso, cum fortē vix mille instructus militibus à Rege Bisnageno sex m illibus armatorū inuaderetur, hac de re nō parū sollicitus magna cū festinatione ad P. Franciscū Perezū nūciū mittit, obsecratq; effusissimē, vt Deo negotiū suū cōmendet, & vigētē necessitate coacta ad hostiū impetus propullandos mittat aliquid, quod presentissimo remedio sit in afflictis rebus. Pater iā pius eius precibus cōmotus, cū ad manū aliud nō haberet, vexillū in quo inuictū Iesu nomē depictū erat, ad eū mittit, iubēs id toti exercitū præferri, & omnes inuicta animi fortitudine, ac voce viua sanctissimum nomē Iesu in auxilium inuocare: confusus de bonitate Dei Opt. Max. cui nulla potentia satis potēs est ad resistendū: quod si fiat, cum faustū, ac felicē belli exitū collaturū. Qua exhortatione factum est, vt Rex prodire ad pugnā cū suis etsi numero paucis cōtra hostē armis & militū copia quāruis lōgē superiorē minime trepidās, ab eodē fuso, fugatoq; toto exercitu victoriā reportauit. Hāc victoriā alia p eiusdē crucis inuictę virtutis signū cōsecuta est. Quibus oibus feliciter cōfectis, egrotare cepit infelix, & in cæcitate, perfidiæque sua extinctus in manus nepotis cum reliquis ornamentis regis crucis illud vexillū transfinit. Hoc primū est prodigium quod volebam vos scire. Alterum illi celeberrime nō cedit quod in adolescētē cōgigit filio Regis. Anno 1559. cum naues è Lusitania Mozambucā appulissent, intelleximus filij regis Mozambucæ, cuius regnū Bonæ spei caput aspicit, ad

M ij arcē

Malauarē situs, Vincetreuirus Rex.

Gentilis à Christiano præsidium quo hostem vincat petit.

Mittitur crucis vexillum Iesu nomine insignitū.

Victoria crucis vexillo parta

Iudicia Dei abissus multa. Mahambane situs. Regis filius baptizatur.

arcē Mozambicēsem (cui Sebastianus à Saā præerat) se contulisse, vt Christianus esset: moxque baptizatus, splendidissimo ornatu (vt filium Regis æquum erat) ad paternum regnum reuersus est, Lusitanis quibusdam honoris causa eum comitantibus: quæ cum lætum sui aspicerent (mirā enim læticiam vultu præ se ferebat) cogitabant quid esset nouæ rei: cumq; multa ille de Lusitanorum moribus, legibusq; narraret, omnium animos ita crexit, vt esset nemo, qui nō in oculis, & precio habere Lusitanos inciperet. Maior natu frater, idemq; regni hæres permotus ijs quæ videbat, & audierat circa fratrem accidisse, statim quoq; animū ad baptismū adiecit: & fuisse aggressus professionem, nisi parentis eū authoritas, quoniā natu maximus, & regni successor erat, negotiū in aliud tēpus reuocare coegisset: cupere enim se aiebat pater, vt tantisper morā hanc æquabiliter ferret, quādiu re melius explorata in animo statuisset, quid facturū esset, adductis inde, si fieri posset, nonnullis patribus, quibus se quoq; in baptismū accipiendo non difficilem præberet. Hæc cōstituta filius minor iam Christianus ad arcem reuertitur, Præfecto nunciat, quanta omnium inter suos de fide nostrā facerata sit expectatio: opus esse non alijs, quā sacerdotibus, qui fructus ad maturitatem gratia Dei perductos colligāt, & in gremium Ecclesiæ cōportēt. Regnū ex quo adolescēs hic appositus est ad fidē, potētissimę ditioni Nigritarum vicinū esse, quorum Imperator, vt longē lateq; dominatur, ita nomē longē celebratū habet. Tanamotapā vocāt nostri, cuius mētio frequens est apud omnes penē nationes: sub imperio eius qui degunt, armis, belloq; exercitatissimi sunt: nonnulli mercaturam exercent. Fa-

ma est.

*Hæres regni Christi anismum ambit.*

*Rex de se de suscipienda statuit.*

ma est, non parum cum Lusitanorū consuetudine, ac familiaritatem expetere. P. Prouincialis his lætissimis nuncijs in spē, & voluptatem maximā effusus iam diu habuit cōstitutum, vt aliquos ex nostris proximo anno in eam partē ableget, qui exopulentissimo illo regno, in quo tot vberes auri venæ scaturiunt, coclestem item thesaurū, sed absconditū in agro eruant, & effodiant: vt ad domum sanctā Dei, quæ est Ecclesia, infinitus hinc etiam hominū numerus, magno precio preciosi sanguinis, & mortis immaculati agni redemptus accedat. Quæ messis si ira, quemadmodum de summa Dei bonitate cōfidimus, euenerit: nō ambigū habemus quin hæc in ampliorē, & abundātiorem salutē cessura sit, quā vlla alia in his partibus à nobis suscepta industria: cum quod vastissima regna, tum quod indigenæ simplices, & tāquam tabulæ rasę sunt à quouis fermento gētilitij erroris adhuc immunes, & ad quālibet doctrinā hauriendam maxime procliuēs. Huius igitur prouinciæ, quam omnino suscipere decreuimus, obsecro, & obtestor, vt memores sitis in orationibus, illibatisq; vestris sacrificijs, vt eā Dominus dirigat ad maiorē nominis sui gloriā. Qui velim, ac opto, Fratres charissimi, tantā gratiā vobis cōcedat, vt ex intimo cordis affectu sentire, & cognoscere valeatis has tātas, tamq; virgētes necessitates, omnibusq; nobis eā gratiam infundat per infinitā bonitatē suā, vt esse possimus vtilēs ipsius prouidentię cooperatores, & indefesso animo hęc nostram vitā peregrinationē breuibus adeo terminis, circūscriptam, tam honestis laboribus impendere, vt illud Propheticum de nobis dicatur aliquando: Euntes ibant & flebat, mittētes semina sua: venientes autē venient cum exultatione

*Manamotapa, Imperator potētissimus.*

M iij portam

portantes manipulos suos. Sanctissimæ autem, adorandæ, & indiuiduæ Trinitati (quæ est æterna fœlicitas nostra) sit honor, gloria, & imperium per immensa sæcula. Amen. Ex hoc D. Pauli Collegio 15. Calend. Decemb. 1559.

*Antonius Quadros seruus inutilis.*

30 EX EPISTOLA LVDO.

*uici Frois.*

Pater admodum in Christo Reuicende  
Pax Christi. &c.

*Agit de quibusdam grauiora obfidem passis & multorum cõuersione.*



OC anno 1560. Christus Dominus noster Societatem magnis quibusdã beneficiis in India cumulare dignatus est. Multi enim ex ignorantia tenebris, inscitiaque cultus diuini ad fidem protracti sunt: etsi non citra laborẽ, & periculum: sed existimo nobis oblatã à benigno Domino oportunitatem hanc, vt opere Societas nostra ostendat, quanto prosequitur Deum suum amore in laboribus, atq; periculis assiduis. Et quidem quantũ hic annus in ea re reliquos superauerit, per literas de Christianorum incremento intelligere facile potuistis. Ampla certè messis animarum in horreum Domini comportata est. Id verò palmarium ducimus, quòd nonnulli crucis flosculi apparuerunt in terra nostra. Non enim hactenus defuerunt carceres, flagella, vulnera, nuditates, opprobria, contumeliæ, contèptiones, famemes, sitis, quibus preciosis xenijs (sic enim statuedum est de huiusmodi pœnis) de Societate nonnullos Dominus noster exornatos reddere voluit, vt ex eorũ literis fusius intelligere potestis. In Iapania quidem P. Baltazar Gago sæpè iugu-

*Carceres, flagella, vulnera propter fidem.*

lo proximũ gladiũ expertus est, multos quoque dies vnã cum F. Guilielmo nudus transiegit, multa habuit pericula, multas admodũ graues iniurias perpessus est. rãctsi incolumis euaserit. Guilielmus captus ab hostibus tandẽ pecunia redemptus est. Videtur dæmon furorẽ & rabie plenus satellites suos, ac vim oẽm ad nos persequendum excitasse, quòd ereptas sibi ex immanissimis illis suis faucibus animas multorum doleret, non in Iapania solũ, sed etiã in Firanda insula, vbi ad 2. menses Gaspar Vilella cõmoratus 500. Christianos reddidit, ac nõnulla Idolorũ fana in tẽpla Dei cõuertit, tres ex integro Ecclesias fecit. Nunc verò Meacũ profectus in maximã spẽ venit, plurimos Domino lucrificandi, vt ex eius literis inde allatis perspiciere licebit. Frater noster Fulgẽtius Freirus ex hoc collegio ad fretũ Mechæ dimissus, vt & Æthiopũ terras peragret, & aliquid de Episcopo Domino Andrea Oniedo, socijsq; eius certũ, exploratumq; referat, de quibus nihil à tribus iã annis, auditũ fuit. Verũm tiremes incidit: Dũ autẽ milites se cõtra aduersariorũ impetũ tuẽtur, ipse crucifixi imaginẽ tenens erecta manu, & milites, vt fortiter agerẽt, adhortatus, vulnera s. excepit, quorũ vnũ sagitta ad pectus adacta, tã profundẽ insictũ est, vt præ nimia sanguinis emanãtis copia, ad terrã caderet exanimis. Sic iacentẽ Turca quidam adortus horribili voce, vultuque austero nimos petir: in clamantemq; illũ se pauperẽ esse, nec habere teruncium vel vnũ: insuper tribus vulneribus immaniter affecit. Hinc ad ciuitatẽ abreptus, licet contumeliosissimẽ exciperetur, dum faciem sputis obruerent, pedes catenis onerarent, nihilominus tamen quòd Christi nomine aliquid pati dignus haberetur, cũ socijs triũphantibus

300. Baptizati.

*Mechæ sepulchro, pseudo prophet. Mahomet. infamis ciuitatq*

vclut in delitijs agēs, ita vivebat. Vulneribus pro medicina adhibita fuit ferramentorum, & catenarum tanta vis, quanta vix integri, & bene sani ferre potuissent. Afflictæ vitæ, famisquæ miseriam lenibat milio (is enim ægroti victus erat) sed malè admodum parato. Postmodum ad re-  
**mos** damnatus est.

E Cochino literas accepimus, quibus continebatur, circa hyemis finem ad promontoriū Comorinū superiore Augusto, nocte quadam ex improviso tres Reges cum viginti hominum milibus in oppidum Punicalem, vbi littoris illius Dux habitare solet, irrupisse. Hi præter alios Lusitanos etiam P. Ioannem de Meschita ceperunt, tribus ei vulneribus, duobus cæsim, tertio pūctum inflistis. In ipso itinere cum fratrem nostrū Franciscum Duranū obuium habuissent, tū fortè bene fatigato corpore redeūtem à Christianis, corripunt, & manibus post terga reuinctis, captiuū abducunt: sed à Christianis 15. aureis redemptus, in pristinam libertatē adsertus est. Patrem quoq; Ioannem Meschitam diutius esse passum non fuissent, si mille aureorum precio redimi potuisset.

Quoniam autem hæc prædatio noctu transacta est, atque per tumultum P. Henricus Henriques cū pueris, & mulieribus ad littus in secretori se loco abdidit, nō sine periculo, ne in eorū impudens manus deueniret. Sed cū de rei euctu certū aliquid ad me delatū erit, dabo operā, vt è Cocci no vos rem omnē intelligatis. Die cōuersionis S. Pauli, quæ in patronū harum ædiū cooptauimus, fundamenta noui tēpli in hoc nostro collegio iacta sunt, propterea quòd vetus, nec sine periculo erat, nec longè à ruina, neq; satis cōmodè cōcurrentē hominū multitudinē continere videbatur.

Circa

Circa fastigium nouo templo imponendum etiam annu laboratur, quod tres ordines habebit columnarum laquearibus totidem distinctum. Speramus autem, si cætera fundamentis respondeant quàm amplissimum, & quantum in his regionibus aliud nullū spaciosius, ac magnificētius futurū. Patriarcha noster hoc ipso die indutus splendidissimam pallam ex auro rigentem, voluit solennibus missarum operari, in altari quodam tumultuaria manu non longè à fundamentis exstructo. Aderant alij sacerdotes non tam honoris, quàm reuerentiæ causa, longis in vestibus auro, argentoque intertextis. Musicorum instrumentorum omne gēnus iucundè perstrepebat. Absoluto sacro, progreditur Patriarcha, vt erat insula, & pedo pastorali (quod vocāt) exornatus, primus manum operi admouet, instrumentoque deaurato, (quod in huiusmodi carimonijs solitum est adhiberi) laborare incipit. Dehinc primum lapidem iacit insignitum cruce: sequitur Prorex, & alterum ab illo proiicit, in quo gladij effigies exsculpta videbatur: mox alij sine ordine, & modo. Hæc consecratio omnibus nō tantum grata fuit, propter nouitatem, præcipuè si qui simili spectaculo nunquam interfuisent, verumeriam vtilis ad excitandam pietatem. Nec infelicis de hoc die Ecclesia spiritalis habebat, cui magnā accessionem baptismus is contulit, qui ab his carimonijs subsecutus est. His omnibus laudabili pompa peractis, cū in animo haberet Episcopus relicta vrbis arces, & castella quæ per omnem Archiepiscopatū plurima sunt, inuisere, prius cū P. Provinciali egit, vt publica lectio ad tempus vsq; quadragesimæ haberetur, quæ non tam de præcipuis articulis cōscientiæ (casus nostri vocant) sacerdos in-

Inauguratio templi.

Carimonie.

P. Ioannes Meschita trivulatio- nibus clarissimus fuit.

Mille auri pauperi liberandi gratia offeruntur.

Magnificū templum Goe extruatur.

tes instrueret, quàm methodum, ac viam ostenderet, qua se facilius in confessionibus, consiliisque dandis expedirèt. Hoc onus etsi graue, & arduum censebatur propter frequentes nostrorum occupationes, tamen quòd summā vtilitatē adiunctam haberet, visum est P. Prouinciali vt fieret. Igitur prouinciā hanc docendi committit P. Francisco, qui per omnes dies horam vnā huic rei impenderet. Cui lectioni non solum Canonici, alijsq; beneficijs & officijs sacris obeūdis deuncti interfuerunt: versetiam multi huius vrbis ciues, nobiles, & promiscuum omne genus tāta cū diligentia, vt esset nemo serè, qui lectionem vnā non auditam prætermitteret. Quia verò locus apud nos tantæ multitudinis capiendæ idoneus nō erat (supra octingentis enim confluebant) in atrio sub dio docere coactus est.

*Auditorii  
frequentissimi-  
mum.*

*Frequens  
confessio.*

Confessione, quæ hæctenus tantum non vberima fuit, adeo nihil discedit, vt indies magis augetur: neque satis facere liceat infirmis, & inualidis, ac præcipuè militibus, & si quod simile genus huc, & illuc ad diuersa negotia tendentium reperitur. In his expediendis tanta ponitur opera, & tam proluxa à nobis diligentia, vt plerisque sacerdotibus, si adessent, satis esset negociorum.

*Populi pi-  
affectus.*

Nō hic prætermittam celebritatem festi, quod ingrediēte anno ex more habuimus: & vñdecim milium Virginum: de quarū Societate caput vnū habemus, ad quæ infinita turba nō solū confluxit, sacros hos dies celebratura, sed & illud pro conghario adiectum est (solet enim ita benignus Dominus Deus nobiscum agere, vt celebre festū nullum sit, in quo nō aliquæ etiam animæ ad fidem adijciantur) vt hic dies non sine linea (quod aiunt) & fructu transmitteretur: venit enim ad preces

precēs vespertinas Episcopus Malaccensis, & D. Petrus Goësis Reipub. primarius moderator, nec non ducenti gentiles ad fidem properant, nescio quid conuerentes de ministroium nimis accurata diligētia reijcientium eorum preces, ne subito Christiani fierent. Quamobrè obnixius iam instare cœperunt, vt facerent, impetrantq; à nostris quod habebant in summo desiderio, ne diu à baptismo retinerentur. Episcopus, & Præfectus admonent P. Franciscum Roderiques, vt hæc res illi sit cure, qui facturum se omnia diligenter recipit. Quāuis autē pro ardore tū maluissent, tamē passi sunt rem paululum adhuc in aliud tempus extendi. Eodem vespere Brachmanum quidā inter suos facile princeps, adducta secum vxore, cū omni familia Christi fidem, & baptismum dari rogat. Vestitu, & apparatu splendido erat, nec minus vxor, & filius excellabant, tantaq; veneratio: ne baptismum accesserunt, vt intuentibus iucūda res esset: vehitur nunc in equo sublimis quotidie per ciuitatem 6. aut 7. ad latus currentibus famulis. Euenit eodem die post absolutas preces, publicasq; disputationes, res alia, non minoris momenti ad Dei gloriam augendam. Maurus quidā grandævus, & in medica arte peritissimus in hac vrbe erat; huic quòd singulari fama excelleret, sui qui in eadem arte multum operæ, & temporis posuerāt, non parū malè volebant. Erāt illi 2. filij, quorū maior nō minoris in curādo dexteritatis, & sciētiae, quàm pater ferebatur, aut amplioris etiā. Igitur 2. cū filijs, & famulis toridè comitibus cū Frācisco Baretro, loquitur: quoniā ita eue nisset, vt in rem præsentē ipsū habere posset, & vterque filius Christiani esse vellent, cupere se, vt adstitero baptismō, & susceptoris officio fungi

200. ut Eap-  
tizantur  
instant.

Doctissi-  
mus quidā  
in filiorum  
salute offi-  
ciosus, in  
propria ne  
gligens.

nō grauetur. Baptizauimus eos, & ambos famulos: ipse tamen, proh dolor, in aliorū salute officiosus, in sua negligens fuit, in errore malo animo perseuerans. Stuporem nobis tanta concursatio populi incussit, ad Ecclesiam eo die capiti sancti vnus ex undecim millibus Virginum, visendi gratia, tanto studio cōuenientis, vt in profundam noctem abierit, necmine reperto, vt credibile est, aut v̄inis, aut feminei sexus in tota v̄ibe, qui non templum adiret, & capiti sancto honorem haberet quantum conicere licuit. Hæc habebam scribere, chauissimi Fratres, de rebus domesticis, nunc quædam breuiter dicamus de Partium, ac Fratrum mansuetione, huc & illuc in diuersa hoc anno tendentium: fructum autē quē cuiusque labor peperit, ex literis singulorum quas quisque dabit, facile perspicietis. Negocium graue, & magnum offerret se his diebus, & quod ad gloriam Dei non mediocriter faceret: scilicet de regno Ignambano ad littus Cafrarix positos, ad hanc tam felicem prædam iam partui animarum proximā duo ē Fratris nostris, & vnus Frater missi sunt, P. Gonsalus, Andreas Fernandes & Andreas Costarius. Quarto Octobris in festo beatissimi P. Francisci, literas P. Gonsali accepimus, ex quibus prosperum, felicemque suscepti negotij successum videre erat. Hic verō ad tāabilem triumphum accessus non caruit multis periculis, & languoribus quibus grauitè omnes afflicti sunt: præ reliquis tamen, Pater Gonsalus ardore febris, & dolore summo capitis adeo fuit excruciatas, vt etsi infractus animus esset, manū tamen ad mouere cuiquam rei nequiret, oculisq; tam grauitè affectus, vt etiam cū apertos haberet, nihil ferē amplius quā occlusis cerneret.

Iter

Regnum  
Ignamb. in  
Africa  
sum versus  
Antarticum.

Iter tandem, difficillimum confecit manibus, pedibusque, reprints humi. Vbi venit ad Ignambanum, iam illuc prior aduenerat Pater Andreas Fernandes, qui de eius aduentu certior reditus, eum viribus adeo destitutum reperit, vt adduci domum non posset: sed humi iacens, neque caput attollere præ dolore, neque pedes ad ambulandum mouere possiet. tandem asscito socio in vnis languidum amplexi, ad ripam fluminis denuerunt, & ibi vsque ad noctem quieuerunt. Post hos grauissimos labores tandem sanitas corporis Patri, Fratribusque & Regi mox ipsi animi salus concessa fuit: nam paulo post Christianum se, cū vxore, & sorore, & multis alijs Principibus libenter fecit: Rex Constantinus ex nomine dictus est, Regina Catharina, soror Isabella. Omnium numerus, eodem tempore baptismatis vnda reatorum, quadringentesimum & quinquagesimum excedit: Pater Gonsalus per Mosambicam ad nos inde reuersus, comitem habuit baptizandū Principem adolescentem filium Regis, multō etiam, quā qui in Ignambano imperat, potentioris: spem quoque non minimam habet, patrem exemplo filij ad baptismum aliquando peruenturum.

Iam accinctus itineri erat P. Gōsalus cū hæc scriberem, vt ad celeberrimum validissimumque Imperatorem Manomotapan proficiceretur. Iter hoc quanquam periculis, & laboribus abundet, duorumque mensium spacio confici vix queat, adhæc flumine aduerso nauigandum sit: tamen emolumentum quod accedere in animis cōuertendis, posse maximum videbatur, omnem illi laborem, & molestiam leuē faciebat. Obsecro vos negocium hoc tam serium pijs precibus vestris apud Deum, vt exigit Christiana charitas, promote.

Post labores, & pericula certa salus.

Rex Ignambani cum sua familia & alijs 450. baptizatus.

Alterius Regis conuersio.



uete. Solus ad tantum opus, tamque arduum, & memorabile facinus ingreditur, utroque socio, cum sic necessitas iuberet, in regno Ignambano remanente.

P. Arias Brandus Ormutio ad nos delatus est, cui toto hoc anno quæ illic transegit, labores plurimi subeundi fuerit, quod id tēporis eò venisset, cum Lusitanis magno exercitu, ut vnam ex Regis Ormutini insulis inuaderent, in armis tumultuabantur, qui à fide & obedientia se subtrahens, accitis ad se Turcis, Lusitano resistebat. Ad hanc igitur expugnandam tota vis belli à nostris dirigebatur, cuius tanta fertilitas esse dicitur, ut alia nulla sub omni ditione regni vel vberior, vel æmœnior reperiatur, fit tamē duobus mēsis nescio qua vi occulta, quod prodigio simile est, ut qui in insulā pedē inferat, ex ægritudine cōtrasta mortē vix euadat. Cum igitur milites bene armis instructi eò redērēt, aiūt paucis exceptis reliquos Ormutiū partim saucios, partim egrotos rediisse. Hoc igitur Patris officium, & precipuū opus erat, ut in cōfessionibus, & medicamētis ægrorū, atque sacramētis administrādis tot⁹ esset. 60. etiā militib⁹ in domo sua, tanq̄ publico Nosocomio exceptis, quorū valetudinē etsi curaret diligēter, tarcē oēs ferē morbo absumpti sunt. Et cum hi, tū alij pluri mi è viuis excessissent, ipse stola, & superpellicio amictus Christiano more preces fundens, ad sepulturam comitabatur. Adhæc effecit hoc eodē anno quem illic absoluit, ut quinquaginta animarū hominum esset, maius tamen, & pluris faciendū fuit, quàm quod in India fit, propterea quod & Mauri magna ex parte omnes sunt, & multū in paternis erroribus pertinaces. Inter hos multæ quædam

quædam apprimè nobilis, quippe quæ de familia Regis Ormutini, & eiusdem matri ab intimis erat consiliis, fuga inita ad Christianismum accurrit, quam maritus illic, & pater secuti, omnes honorificentissimè baptizati sunt. Ad hunc numerum virgines quatuor Græcæ natione, magnæ autoritatis adiectæ sunt, quas Mauri, ne hanc rem agerent, occultarant: duas ex ijs Pater in matrimonio collocandas reliquit, duas Goā transmisit, ubi in ædibus nobiliū honestiora operā in fide iuxta ac bonis moribus impendant.

Iudæi qui frequentissimi huc tum Constanti-nopoli, Venetijs, Alexandria, tū ex Græcia, & Armenia, alijsque partibus appellunt, clādestina cōtēcula in synagoga nescio qua, Ormutij cogebat. Quibus in vnum collectis, accidit ex improviso quendam ex Christianis interuenire, aspexit ille propiciatorium (quod sacra literę dicūt) cultissimo ornatum, ad hæc Pentateuchum Moysis ita distinctum, ut quemadmodum libri quinque sunt, ita singulis singulæ capsulæ, ex auro obrizo cederent, appensis chartulis quæ quemque librū indicabant: ante hos libros lucernæ ardentes ex oleo pendebant, artificio quodam mirabili exsculptæ: ingressus ergo is hunc omnem ornatum cum ipso sanctuario in terram deturbauit: & paulum progressus in conclaue quoddam secretius, quadraginta octo volumina Bibliorum noua inuenit, auro & ornatu splendida, non ita pridem Venetijs allata, auferantur & hæc omnia: sed quia re tenui Iudæus librorum Dominus erat, libris receptis, paupertatem suam solari permissus est, ea tamen conditione, ut Venetias vnde aduexerat referret, quod etiam fecit. Hac tam inexpectata perustratione, irruptioneque in synagogam, ita attoni.

*Iudeorum  
synagoga  
turbatur.*

attoniti sunt Iudæi , vt post eum diem ne caput quidem exere aut cærimonijs suis operam dare ausi fuerint.

De Patribus alijs qui in Commorino. Coullano, Coecino, Tanaa, Bassino, Damano, Malucco, Amboino, Bazaino , huius Indiæ partibus agunt, nihil scribo, quòd existimem curæ futurum illis, vt vos rerum suarum faciant certiores. Quæ autè præclariora acciderūt in Insulis Dinara, & Ciora, ex alijs literis, vt arbitror, vberius copiosiusque videbitis. In continente quæ paret Lusitano, paululum à Goa distante, quam Salfetta nominat, Christiani, vt opinor, numero 100. sunt, qui quòd cum gentilibus promiscuam consuetudinem habent, vita ab illis non multū differunt. Eares cum misericordiam commoueret nostris, qui fructum amplissimum inde colligi posse videbant, maxime quòd Rex Lusitanæ sexaginta ibidem oppidula, aut eò amplius possideret: incolentium verò numerus quinquaginta millia facile aquaret cum gentilibus computatis : Cum Prorege actum est, vt Patrem, & Fratrem vnum eò mitteret è nostris, qui tam instruere Christianos, moresque eorum reformare, quam: gētiles pertrahere conarentur ad fidem, familiariter se in illorū mores, & consuetudines insinuando. Placuit non minus quam nostris hoc negotium Proregi, atque prouinciam: hanc Patri Petro Mascareno dedit, huic Fratrem Emanuelem Gomezium adiungit. Dici non potest quantam Christiani voluptatem ex horum aduentu, pariter, & vtilitatem acceperunt, tum ex gentibus quasi ad centum iam cōeegerunt, quos vna excursionē collectos in baptismum proximum referuant. Sunt in pretio nostri non tantum Christiani, quod facile est, verū etiā

Ethnicis,

Ethnicis, quod difficilius: eos namq; amabiles reddidit humilitas. Futurū diuino fauētē numine speramus, si modò Prorex Constantinus diu Indiæ præesse possit, vt tota hæc errantiū hoīum multitudo ad Christum accedat, & abluatur: neque solum hi, qui in Salfetta sunt, verūm alij quoque Bardenes, qui sub imperio itē Proregis agunt.

Ex literis P. Hærici quas annuas ferè mittit, intelligere potuistis, in littore Cōmorino, vbi nostri diligētē operā in promouēda fide nauāt, octoginta millia iā fidē suscepisse: Habitāt hi ferè oēs iuxta mare, non tā vt vitā piscatione subleuent, quā quòd graui tyrannidē patiuntur à Badagassis, qui ipsorū dōmini sunt, & terrā latè sub imperio tenent: hi quoque crudelitatē hæctenus inauditā in nostros exercuerunt, vt vix exprimi possit. In propinquo Cōmorini port⁹, Insula alia hæct Iafanapata, cuius Rex nō minus, ac Badagassi, Lusitanos Christianosque oēs odio maximo prosequitur. Prorex ( ex amplificatione persuasus diuinæ gloriæ, quā plurimā ex eo reportari posse putat) constituit omni collecto exercitu, cōtra hunc tyrannū bellū mouere, vt nostros paulatim in eam partē insinuet, & Christianos à Cōmorino in Iafanapatan trāsmittat: quæ res à P. Frācisco Xauier. felicis memoriæ multū desiderata etiā fuit propter pacatū animū, tranquillitatēq; vitæ quam Christianos, si illic essent, habere posse putabat. Multis præcibus cōtendit, vt Prouincialis noster sibi in itinere comes adsit: tū propter solatiū, quod Christianis accederet ex præsentia eius, & transmigratiōe ex Cōmorino in Iafanapatā, tū quia ita ex more habet, vt Prouinciales oīum ordinū qui in India sūt, ad huiusmodi negotia libetè adducat.

Erat in collegio nostro tū puer quidā Alfonso

N

nomi.

*Humilitas  
amabiles  
facit.*

*In Cōmorino littore sunt 80 millia christianorum.*

*Salfetta.*

*60. oppidula Lusitano subdita.*

*P. Mascareno ad Maurus proficiscitur ut eos conuertat.*

*Prouinciales omnium ordinum plebique committitur Proregem ad bellum erga Ethnicos.*

nomine, quæ 8. ab hinc annos semper aluimus. Rex Tricanamali, cui regnū per vim ciipuit Iasapanatē Rex ea arte, in qua regnū administrare possit. Hunc propter excellentem in doctrina Christiana, ac cæteris cærimonijs nostris diligentia, legēdiq; peritiā, visum est Proregi optimū se facturū, secū abducatur, & in possessionē amissi regni restituatur. Faxit Dominus Deus, vt quā p̄iū desiderū Proregis est, tam exitus fortunatus sit, nihil aliud in hac re tota molientis, q̄ vt gloria Dei & fidei nostræ illustrior reddatur, & auctior. Sp̄e summā habemus, bonitate diuina freti, Regem ipsum, & regnum Iasapanatan nostrū in fide futurū, cum nouo Rege, modō hūc Alfonso in amissum regnum restitui contingat. Occupationes nobis vndiq; tam multæ sunt, & tā frequētes indies magni momenti pariter, & vtilitatis causæ apud hos emergunt, in quibus honor Dei, salusq; proximi consistit: vt dolendū profectō sit, quōd tā pauci ad hæc agenda sumus, & maxima cōmiseratione dignū, tot animas propter inopiā piorū, doctorumq; hominū videre pereūtes. Dominus noster Iesus Christus Seruator animarum nostrarum det vobis, necessitatē hanc cognoscere, vt pro viribus subleuare eam velitis, considerantes, id quod res est, infinitū precium sanguinis preciosissimi, quæ pro nobis alijsq; omnibus, qui hic in præcipitē ruinam aguntur, in cruce cōpiōsissimē Christus effudit, propter inopiam instructorum hic, proli dolor, quā plurimis non perire. Ex Collegio sancti Pauli, Goæ, primo die Decembris. An 1560.

Ex commissione P. Francisci Rectoris, inuitis in Christo omnium seruus.

Ludouicus Froes.

EX

EX EPISTOLA LVDOVICI

Frois, ad Fratres suos in Europa agentes.



RATIA & amor æternus D.N. corda nostra semper inhabitet. Iam tertio Fratres charissimi, ad vos è Goa literas dedimus, neque quicquam responsi iam inde à Septembris initio, cum naues Lusitanæ vt frequentissimum appellere solent, adhuc recepimus. Octobri autē elapso, cum spem planè omnem deposuisse videremur, tandē fauētē Deo nunciatū est, Cocinū duas naues Lusitanas plenas nouarū rerū ab Europa applicuisse. Ex his vnū erat, pacē inter principes Christianos fuisse consummatā (quā vt facilius obtineremus, iubileū à Paulo 4. Pont. Max. indultū, proximè elapsa quadragesima celebrauim⁹) quā obrē summo tēplo, cæterisq; sono campanarū in lætitiæ signū perstreperibus, ad eorū exemplum nos quoque accedentes, ne soli in feriis addicta vrbē gaudiū non ageremus, pro modulo nostro fecimus, quod in nobis fuit, cui quidē voluptati publicæ, & vt propter acceptū beneficium aliqua ex parte responderet animi nostri promptitudo, fecimus, vt cū discipulis Fratres nostri in tēplum cōuenirent, vbi in honorē Sactissimæ Trinitatis missæ sacrificiū musicis modulationibus peregimus, nō sine tubarū, tibiaramq; gratissimo cōcintu: qua absoluta Patriarcha cū reliquis Fratribus supplicationem solēnem haberi voluit: in qua omnes ob acceptum pacis beneficium Deo gratias agerēt. Decimo octauo Calen. Decemb. ciuitatis huius Archiepiscopum, & cum eo nostrorum

Familiaribus de rebus hæc agit epistola

N ij aliquot

aliquot aduenisse auditū est: hoc tam læto nuncio accepto, in templum ingressi, per pias preces concordibus studijs gratias egimus Deo ob aduentum illorum quā amplissimas, magnam in spem erecti ex vniuersa Societate, nos literas accepturos, neque nos omni ex parte spes nostra se fellit, accepimus enim R. P. Ioānis Polanci, Brasiliensium, & Vlyssiponensium literas quæ nos vehementer recrearūt: alijs verò ex locis, in quibus Societas versatur, accepimus nullas: fecit ea res, vt tamen iucunda multa essent, plenè tamè nostro desiderio satisfacere non liceret. Difficile dictū, quantum solatijs percepimus ea audientes quæ Dominus Deus tam in Europa, quàm alijs mundi partibus ad animarū salutem per minimos seruos suos operatur, quæ si comperta vobis essent, quantopere nos in omnibus roborent, & inflamment, frequentiores vtique ad nos literas daretis, quarum lectione, & animi bonorū instaurantur, & perinde ac si nihil à nobis adhuc antè sudatum esset, ad nouos accingimur labores, quibus quoque votis vos teneri etiam non dubitemus, cum quæ ad nos fiunt summam accipite. Primum ex ijs est, quod pro regni Lusitani incolumitate supplicationes decretæ fuerunt: tū pro aduentu noui Archiepiscopi, quo annis 8. orbati fueramus, tum vt feliciter cedant Lusitanorum nauigationes, quæ inter cætera hoc nobis commodi adferunt, quòd ab ijs quæ ad Dei gloriam apud vos geruntur, cognoscimus. Patriarcha noster adhuc apud nos agit: nouerat Deus huiusmodi eximie pietatis virum nobis esse perquam necessarium, non tam ob sanctas, ac salubres adhortationes, quibus nos excitat, quàm operā, & vigilantiam, quam ex eius capimus præsentia. Viuedi ratio

*Patriarche uirtus*

di ratio quæ tenet, rerumq; gerendarū dexteritas omnis sanctitatis, atque Apostolicæ perfectionis exemplar eū facit: tempus sic distributum habet, vt nihil ex eo per otium effluere patiatur. Magnam diei partem interdum, etiā noctis in oratione, & collegarum confessionibus audiendi consumit. Quo tēpore frequens est consentiū in Ecclesia nostra cōkursus, vt in celebrioribus festis; & quadragesimā ad labores primus accurrit, discedit postremis diebus veneris pro sua solita charitate Fratres adhortari familiariter affluuit: singulis diebus in ægrotis visitandis tempus nō modicū cōfert. Iā vero inter nos ita uiuit, vt nihil sibi præcæteris indulgeri patiatur, siue victū, siue vestitū, siue cubiculū spectes, hoc tātum singulari studio contendit, vt omniū minimus habeatur. Si quando superioris iussu Fratres conuenire iubētur, aut quippiam facere, primus omniū Patriarcha, quāuis sui iuris ipse sit, sese operi accingit. Itaq; cum omnes in uirtute obedientiæ diligentissimè sese exerceant, primas tamen cum ferre facile puto. Recreationis tempore cum Fratribus de diuinis rebus agit: vtq; cæteris exēplo sit, sæpe minimas ob res licētiam petit à ministro, imò & à subministro: etsi quod petit, cui libet licere cognoscatur. Faxit Deus, vt quod opus in illo præclare cepit, idem compleat, & ad perfectū absoluat, vt nihil non diligenter pro sibi cōmissorum omnium salute perficiat. Concionandi munus P. Franciscus Rodericus in Collegio, & nonnunquam in summo templo exequitur. P. Melchior Carnerus, dū per occupationes licet, alijs in locis. Pater Arias Brandonius, & Franciscus modò domi, modò in summo templo concionantur, Antonius Vazius in parochia Rosarij, Emanuel Tefera in Ecclesia san-

*Patrū uirtus.*

ſia ſancti Ioānis: Papius Correa in aula mancipio-  
rum Regis, & remigum, quos in fide Chriſtiana  
inſtituit.

*Laici cu-  
iuſdā pie-  
tas.*

Inter alia Nozocomia huius ciuitatis vnum  
eſt, in quo pauperum cura à noſtris geritur. Quā-  
obrem Fratres eo quotidie commentur, vt neceſ-  
ſarius in rebus præſto ſint: huius tamen peculiarē  
Chirurgus quidam Frater noſter curam gerit, cu-  
ius charitas, & in pauperum amor, & vitæ, mo-  
rumque integritas nos omnes pudore ſuffundit:  
omnis illi cura relicta eſt de vendendis agris, de-  
trahēdo ſanguine, pharmacis & potionibus pro-  
pinandis, ſternit repurgatque lectos, deinde ni-  
quam ocioſus eſt: ſæpe vſu compertum eſt, in  
multis, cum de grauioribus eorum morbis ab al-  
ijs deſperatum eſſet, vnum hunc Deo indiſtriā  
cius charitatemque non fruſtrante, etiam illos,  
qui alijs in Noſocomijs iudicati fuerāt deplora-  
tæ ſanitatis, priſtino vigori reſtituiſſe: facileque  
intelligitur plus in eo diuinam virtutem, quam  
artem medicam operari. Dum per negocia li-  
cet, per vicos & ciuitates, aliaque remotiora loca  
diſcurrit, pauperes chriſtianos, aut ethnicoſ etiam  
infirmos adit, conſolatur, inſque omni officio ad-  
eſt: nonnunquam ope deſtitutos ſuis humeris im-  
ponit, inque commune Noſocomium, ſi morbus  
partitur: ſi leproſi ſint, in ſancti Lazari: ſi valetudi-  
nis deſperatæ, in aliud cuius nomen eſt à miſer-  
cordia, familiariter deponit: eius œconomus ſta-  
tuit omnes ſine mora admittendos, quos ille aut  
iuſſerit inferri, aut ipſemet apportat. Alios verò  
in noſtrum hoſpitale, quod vocant, deponit, &  
provt chriſtiana charitas, & humana diligētia re-  
quirat, eorum neceſſitatibus adeſt. Dum in his to-  
tus eſſet, nuper ethnicum quendam ſenio conſe-  
ctum

ctum, & iam cum morte luctatē offendit, cui  
vt chriſtianus fieret, perſuaſit, ac mox collato ba-  
ptiſmo, ne inter Ethnicos moreretur, humeris ſu-  
is in noſocomium noſtrum tulit: qui tertia à ba-  
ptiſmo die cœleſtem in patriam ſœlix commi-  
grauit. In hac ciuitate peſſima quædam conſue-  
tudo vigeat, diuites enim homines, qui manci-  
pijs, verniſq; ac ſeruis abundant, ſi ægrotare illo-  
rum aliquos videbant, & diurniore morbo af-  
fligi, ne multis impēſis opus eſſet, extra ædes de-  
turbabant, atque ita dereliſti non tã ex aſperitate  
morbi, quàm fame, frigoreque eneati, in publicis  
vijs moriebantur. Huic inhumanitati ita occur-  
ſum eſt, vt ſerui pro dereliſto habiti, primum ad  
dominos ſuos reducātur: qui ſi illorū miſereri re-  
cuſent, in libertatem aſſeruntur: cum ſoliti eſſent,  
vbi conualuiſſent, in priſtinā ſeruitutē reuocari.  
Nōnulli benignitate quadā, ac verecundia ſupe-  
rati, non ſine dolore commiſſi facinoris, ſuos re-  
cipiūt, atq; receptos multa cum humanitate tra-  
ctant: alij quibus res & copia nō ſuppētūt tã libe-  
raliter, vt illis remediū aſſerre queāt, libertatē ha-  
bere facile ferūt, modò in noſocomiū miſericor-  
diæ admittātur. Ægrotis ciuibus opē adferimus,  
concupinas in vxores legitimo matrimonio mu-  
tamus. Multa huiuſmodi, aliaque grauiffima ad  
Dei gloriam non parum conferētia quotidie e-  
mergunt, quibus nos totos dare neq; vacat, neq;  
expedit, alio nos impediēte munere, vt longē  
vtiliſſimo, ita maximē operoſo, quod in cōuert-  
endis ethnicis eſt ad fidē, hoc nūc adeo frequens  
eſt, vt vix tēpus alijs rebus cōcedere liceat. Quod  
cum veriſſimū ſit, tamen nō deſuturos puto, qui  
rem ita ſe habere, vix ſibi perſuadere queant.  
Erant enim, etiā in hac ciuitate, quidā nobiles, &

*Momi nul-  
libi deſunt.*

præclari viri, qui sibi in animum inducere nequibant, tantam Ethnicorum frequentiam ad fidem confluere, quanta vulgò ferebatur, mirabanturq; plurimum qui fieri posset, vt in hac Goensi Infula tam breui tēporis spacio tot à perfidia ad veritatem euangelicā transirent, cum integris sexaginta anteaētis annis, quibus in potestatem Lusitanorum deuoluta est, non tot ad Christi fontem salutarem confluxerint, ac modò vno anno cernimus inquirunt: dum quoties volunt hi solennia celebrent baptismata, in quibus etiam si cētenos numerent, parum ipsis esse videtur: ex qua re cōsentaneum esse, vt non aliter quàm vi quadam illata tanta multitudo Christo nomen daret, Placuit diuinæ bonitati istorum vnum, & detrahentium facile primum obuium multis gentilibus fieri, inter quos non exiguus numerus nobilium, & diuitem erat, qui summa sua voluntate, nemine vrgente ramis frondibusque in manibus prelati doctrinam Christianam decantantes, rectā ad baptismum tendebant: quo tā nobili spectaculo obstupefactus, qui antea detrahere solebat, animo iam in cōtrariā mutato, de equo subito ruit, & patrem quendam è nostris allocutus, in hæc verba prorupit: Credo, credo iam demum re ita esse apertissimè que video, verba vestra insignem aliquam vim habere, fateor opus hoc diuinum esse, dum tam promptè, hilarique animo hos tendere ad Christianismum conspicio.

Non multis post diebus alter quidā factiosus, & eiusdem farinae homo, cum detrahēdi nullum finem faceret, cōmmodum ad nostrum collegiū se cōtulit, eo animo, vt Patres, quos infideles peruersi inescare, aut inuitos ad fidem cogere putabat, obiurgaret: ingressus intrò, videt quātum fere

Collegij

Collegij spatium erat. hominibus ac pueris iam iam baptizandis perstreperere, templumque mulieribus, ac puellis adeo plenum, vt vix illi aditus pareret: Admirans verò tam iucundum spectaculum, in cœlum manibus, & oculis sublatis, flere præ gaudio cœpit: atque de repente domum reuersus, eo tempore ne verbum quidem viliū fecit: non multò post in quendam è nostris incidens: profectò qui sancto huic operi detrahit, inquit, pro delicti expiatiōe, hoc vnum illi faciendum censeo, vt in eodem opere desudet, & animas lucrifaciat, quæ ob corruptam vitam nostrā, perditosque mores miserimè pereunt. Ecce igitur hos decem, & octo adduco, vt baptizentur (nā tot collegerat in vnum) primo solenni baptismate, si volet Deus, plures adducturus, id quod etiā perfecit: semper in id vnum intentus, vt priorem detractionem meliori lucro animarum compenset. De alijs idem affirmare possum; verum quoniam Dei misericordia factum est, vt qui antè nobis aduersabatur, iam opem ferant, & suis impensis quos ad baptismum ducunt, vestiāt ac ornent, superfedebō. Vidi enim huic oculis vnū ex istis holoserica tunica qua erat indutus, & pileo baptizando collato, seminudum, & miro gaudio persusum ex alterius conuersione domum redisse. Item virum quendam nobilem vsque ad lecti linteamina res suas vestiendis catechumenis distribuisse. Quædam lectissima mulier non exiguum numerum puellarum, mulierumque congregatū vt optimè per facultates licuit, vestiuit: huic quoque nobiles aliarū matronarū in re simili non dissimiles extiterunt.

Carambolina quædam ethnica petijt à Domino sibi filium dari, pollicita prolem se daturam Christi

Christi sacro fonte abluendam : annuit pijs voris Deus: quod vbi intellexit Balthazar, qui illius regionis curam habebat, eam admonet voti cū Deo i. i. i. ratione pueri nati : admonita statim puerum baptizandum offert. Paulò post iterum ad eam venit, & maiora sperans hortatur, vt tanto Dei beneficio non ingrata seipsam cum marito & altera prole eidem, relictis idolis, cōsecret: vix dum dixerat, & illa quod iussa erat, fecit, totaque domus felicissimis auspicijs ad Christū perducta est.

Tristanus Frater noster dum in insula Cioran baptizandos euocat, incidit in senem iam morti propinquum; qui num Christianus fieri vellet interrogatus, cum se velle diceret, fide instructus, & baptisate ablutus, nomine Iesu sēpius inclamato, animam feliciter Deo reddidit. Alius quoque decrepitæ senectutis, annos nimirum centi & viginti natus, cum baptismum accepisset, paulò post expirauit, Domino vineq; videlicet ad vndecimam horā etiam operarios vocante: sed his si milia alijs quoque euenerunt.

In oppidis ad quæ Fratres doctrinam Christianam exposituri tendunt, bene omnes erga Christianam fidem affecti sunt. Ad eius explicationē interdum octoginta, nonnunquam centum pueris, & eo amplius, confluentibus, omnibus mirabilem piæ se ferentibus discendi sollicitudinem: licet hoc videre diebus Dominicis, quòd Fratres nostros, quos suspicantur ad se venturos, medio in itinere operiuntur, doctrinam Christianā clara voce interim cantantes, quod adeo hic receptum, & vsu frequentatum est, vt & iam dum dormiunt, & inter somniandū quidam eā repetant; prehensumque sit infantulos, qui mundū

Senex 120  
annos na-  
t<sup>us</sup>, Christo  
renascitur.

Puerorum  
erga instru-  
ctores af-  
fectus.

maternum idioma exacte callent, doctrinā christianam qua possunt ruditate sonare; idem quoque non rarò domi nostræ in filijs Brachmanū experientia didicimus, quibus Pater Prouincialis edium partem liberam assignauit, in qua doctrinā christianam ita imbibū celeriter, vt mox eorum plerique alios in fide rudes instituere quæat; existunt inter hos literarum artiumq; omnium ignari, ac iudicij expertes, qui solū catechismum edocti, aliud quo Deum laudant, nihil habent, iuxta illud Psalmistæ: Ex ore infantium, & lactētium Deus perfecisti laudem tuam.

In oppidis pueros nonnullos delegimus, ingenio præ reliquis magis acuto, & maturiori, qui alios ad Christianam lectionem adducant, bacillos in manibus punice coloris præferētes, in quibus depictum cernitur nomen dulcissimum Iesu. Xeniolis etiam, & munusculis in hunc vsu excoGITatis lactamus, & erigimus pueriles animos, eaq; diligentioribus largim<sup>ur</sup>; crucis præsertim insignia adeo apud illos in delitijs, & admiratiōe sunt, vt non pueri tantū, sed viri etiā magno affectu, vbi crucem aliquam nacti sunt, appendāt eorum loco, quæ antea dum gentiles adhuc essent, superstitiosè gestare, & contrētare in more habebant. Vt plurimum ita vsu venit, vt religio, ardor, & frequentatio sacramentorum cum alijs Christianæ fidei mysterijs in nouis quàm veteribus Christianis magis elucefcat; in sanctorum natalitijs festis ad varias huius Insulæ Ecclesias peregrinantur lubentius, elemosynas erogant copiosiores, lucernis oleum addunt, publicis supplicationibus attentius intersunt, ea pietatis demonstratione, acsi toto vitæ suæ tempore Christianam fidem coluissent. Non præter-

Pueri ma-  
turiors iu-  
dicij felici-  
tur ad ali-  
os instituē-  
dos.

Noui Chri-  
stiani uete-  
res pietate  
uincunt.

mittam

mittam, quin fabri cuiusdam pietatem testatam vobis reddam, cui nihil est in bonis, præterquam quod sudore proprio habere potest: eius primum opus est post fusas ad Deū preces, sex Bazaricos (moneta: genus hoc est) in eleemosynam cōfere, & aque doliū, quæ hic in precio est, præ foribus in pauperū gratiam habere collocatum; cuiusmodi pijs operibus alij quàm plurimi sese hic exercēt.

*Imaginum  
culius.*

Imagines sanctorum magnoperè venerantur, quas domi genibus flexis pie colunt, & eorum intercessionem implorant diligenter. Neophytus quidam pauper cum aliam non haberet, facie imaginis loco profani regis simulachrum parieti affixit, multis cumularum frondentibus ramis felicem se exultans, quod effigie eiusmodi potiretur; idem alios error cum decipisset, & latius indies sepeperet malum, atque ad Patriarchæ aures pervenisset, ut ille est diuini honoris studiosissimus, ilicò aliquot imagines, quæ Christum in cruce pendentem expriment, excudi curauit cum B. Virgine & D. Ioanne, item quæ alios sanctos, & res præclare gestas referrent; quæ inter Christianos disseminatae, redemptionis nostræ recteque à sanctis factorum memoriam intuētibus reflicarent, & ad imitandum stimulum adderēt. Ex his imaginibus plurimæ à Patriarcha primū singulis nostrū, mox etiam primatibus viris distribuendæ datæ sunt; prius tamen quid sibi ea vellent, & qua ratione colendæ, quisque honor exhibendus esset, exponendum esse voluit. Recensere non possum, quanto quisque studio contenderit aliquam obtinere, qua adeptæ mox flexis genibus, sublatisque in cœlum manibus crucifixi Christi pedes osculabantur, oculis capitibusque religiose admouebant, & ingenti læticia domum

redi-

redibant. Sed cum infinitæ desiderantium multitudini depictæ imagines satis esse non possent, negotium datum est nonnullis, qui multa milia pro populi numerositate formarent, in oppidis, & domibus Christianorū omnium collocanda,

In hac eadem beati Ioannis parœcia, ad fratrem quendam, Christianorum vnus accessit, rogans ut sibi crucem benediceret, persuasum enim sibi habebat eam dæmones omnes domo fugaturam. Hæc & alia quàm plurima videre est, quæ ut veri Christiani hominis signa sunt, ita omnes increduliter excitant ad pietatem.

Puer quidam, cuius frater iam iam moriturus egrotabat, lachrymās ad Patrem rectorem venit per Dei amorem precatus, ut quam citissimè ad fratrem baptizandum aliquem nostrorum mitteret, ne fortè ethnicus inoreretur: addens etiam matris animum non alienum à fide, si quis perteteret, quod & rei euētus cōprobauit, mater enim cum filio ad baptismum venit. Idè puella quædam Christiana infirmæ matri beneficiū impetrauit.

Ex gente Brachmanum vir quidam à mensibus quatuor vel quinque cum vxore, & vniuersa familia iam Christi signa sequutus, retulit nobis, dum adhuc in erroribus iaceret, tres optinæ indolis, ac præstantis ingenij pueros suos alijs conuocatis, ad exemplū baptismatis, quod Christianis datur, sese mutuo per ludum & iocū abluiscerunt personam Patris Petri Dalmeida, homines ad fontem sacrum deducuntis: alij catechumenorum agebant, & iam in Ecclesiam properantes comœdiam exorsam facerè peragebant, ostendens quod ludentes baptismum simulauerāt, post paucos dies se ipsa susceperūt. Horum maior

adco viuidi ingenij, & magna in fide alacritatis est, y

*Crucis effigies aduersus dæmones.*

est, y



est, vt Brachmanes suos, qua potest via, quibusq[ue] modis ad baptismum sollicitare non cesset, modò pollicitationibus agens, dū operā suam ipsi liberalem in docendis præculis, vestibusque donandis offert, modò iocis, ac facetijs habitum gētilem, promissumque capillitium, quod non nisi ob parentum mortem, aut baptismi susceptionē tondere solent, ostentui habens.

*Brachmanes quando iondent ca pillos.*

Consalvus Fernandus ex Iapania hoc anno ad nos recurrit, & inter cætera, quæ multum ad diuini honoris amplificationem pertinent, vnū hoc retulit, quod nuper Bonzi qui ipsis ad omnes errores, magistri pessimi sunt, ob tanta Christiani nominis incrementa in rabiem versi, nostris Patribus eiectis, novos Christianos dolore repleuerint: Christianos verò cum se sine templo, & pastore animaduertent, hanc laudabilem consuetudinem mordicus retinuisse, vt in ortu ac occasu per singulos dies, crucem in monte longè à ciuitate positam adirent, ibidemque suppliciter, fuis ad Deum precibus, se suaque negocia, ac salutē Deo commendarent. Erat verò ibidem ethnico cuidā Christiana, sed seruilis cōditionis, quæ vna cum alijs ad crucem adorandā proficisci ex more habebat; quod ei non solum herus prohibuit, verum etiam ad pristinos errores retrahere, adhibitis etiam minis, conatus est. Illa virili quadam animi constantia, non ideo se legem fidemque Christianam suscepisse respondit, vt ea reiecta ad muta, & omni numine carētia idolare rediret; minas illius in minimis ponēs. Quæ pro more, cum per temporis oportunitatem ad crucem adorandam cum reliquis Christianis accessisset, herus furorē in mani correptus, & ira terribilis, redeuntē se obuium opponit, & stricto ense in pauper-

*Bonzorum impietas.*

*Christiano rum constātia.*

*Præclara serue constantia, & martyrium*

præceps ruens, eam capite truncat. Illa constantissimo animo mortem oppetens, in Angelorum societatem, vt credibile est, triumpho mirabili conscendit.

Sed hoc, vt magnum est, ita aliud subiiciam, de loguo quodam qui domi nostræ agit, admiratione non indignum, vnde clarissime intelligi potest, quantum naturalis luminis iudicijque acumen in quibusdam gentilibus vigeat, quo meditationibus dediti plurima rimantur; inuadibilem tamen esse, & errorum tenebris inuolutū, cū Deo ipsissima veritate destituatur, et si prima fonte à pietate nostrā non admodum aliena, & alios vulgo docere solēne habeat. Sūt ex hoc grege, quos loguos vocāt, qui inter gentiles diuerso vitæ genere longissime à vulgi consuetudine recedunt. Quidam hic inopem, & vagam vitam degunt ex elemosynis victitātes, historias nescio quas, & somnia paternarum traditionum in prōpū habēt, quas apud imperitos effurijunt. Sūt alij his longè seueriores, qui ad anachoretarū similitudinem, qui apud nos sunt, proximè accedunt; in desertis in locis ab omni hominum consortio, vt plurimum habitant, vigilijs inedijsque supra quam credi possit vacantes: talis ferè hic noster est, qui apud nos Goæ nunc commoratur, quem gentilium omnium in sua lege doctissimum esse perhibent: in qua lege Pater etiā vnus è nostris non mediocriter versatus prouectusque est, quoniam & præcipua illorū legis capita transtulit, & in confutandis erroribus quos adferūt, annum totum exegit. Nec tantum legis peritia hic de quo nobis sermo est, excellit, verum etiam illud habet, vt quædā crassa tamē, quod aiunt, Minerua, de diuinis reb[us] explicare norit, in quibus inuestigādis pluri-

*Insignis de quodā ære meta gentili historia.*

*Angedina  
Insula.*

plurimam operam posuit. Iam octo vel nouem anni sunt, quod in Insula quadā nomine Angedina que duodecimā Goa leucis abest, solus quū exegit, atque ibi omne tempus, vt ipse refert, in specu lateus diuinis rebus considerandis, & pœnitentiæ operibus subeundis posuit. Eum Prorex in Iafanapatam iter faciens, ad Insulam appulsus in qua versabatur, adit, obsecrat, vt Christianam fidem amplectatur; quod cum requirere obtinere, petijt ab eo, vt Goam saltem ad D. Pauli Collegium venire non recusaret, integrum illi se facere dicens, vt fide nostra bene perfecta, si probaret eam, sequeretur; sin minus, citra periculum rediret ad suos. Acceptat ille conditionem. Prorex ilicō tabellarium ad Patrem cum literis mitit, & hac re certiorum facit oratque, vt hominē istum Christianum quoquo modo reddere studeat. Ille igitur ad nos veniens & multa cū charitate exceptus, primis diebus supra modum in cibo admodō moderatus fuit, vt etiam miraremur; per integrum enim triduum nihil omnino comedit, reliquis insequentibus non multo amplius, iisdem namque cum duas ficus, & aliquantum ex butiro degustasset, sinē edendi faciebat: panem nunquam attigit, multo minus carnes, aut orizam. Pater cum isto verba facere exorsus, cum ingenio acuto, & sagaci pœditum esse videret: de rebus secretioribus ius legis cum eo agere cepit, ijsque maximē, que vt intricatiores erāt, ita difficilem responsionem habebant; quibus quā poterat industria, occurrebat, ac se suamque legē sep̄e prudenter, & acutē, nonnunquam falso, alias aliter tuebatur, sic vt velamentum aliquod semper præstrueret suæ perfidię. Inter cętera argumēta quibus expugnari, ac victum iri animum iam laban-

*Ioguns s.  
ne cibo.*

*Guitaa  
probeta.*

labantem Pater confidebat, vnum erat non minimi momenti; interrogat ex eo cui nam ē suis prophetis potissimum fidem suam addiceret: respondet ille, Guitaa: qui traditur supra octodecim volumina, quæ etiam domi nostræ habemus, posteritati reliquisse. Hoc respōsum Patri videbatur nō præter rem, quod ex omnibus prophetis Guitaa & Detatuaa propius ad veritatem accedere cōperisset, se tamen facile probaturum confidebat, Guitaa Prophetam non extitisse; imō ignarū, & improbe vitæ virum fuisse, præsertim cum constet duobus prioribus voluminibus, Guitaa docuisse idola colenda, ritusque ethnicos obseruandos esse; eundem verō in decimotertio volumine tanquam sui oblitū, aut certē parum ad rem attentum, scripsisse, idolis nullum honorem, nullam venerationem deberi; funiculum præterea quod Brachmanum insigne gentilitium est, & collo dependendū nō esse. Porro funiculū istum pueris gestandum tradunt, cum ad septimū annū peruenerint, ita vt humerorum carnem nudam attingat, cuius triplex contextus tribus alijs retentionibus contorquetur, omniumque extremitates vno nodo cōnectuntur; his inuolucris dicunt se tres venerari personas in vna natura, essentiaque. Trinitatem habere volunt, cuius mysterium alia quoque explicant similitudine. Nam quem admodum, inquit, lignum Sandalinum cum colore, & odore coniunctam frigiditatem habet, vnum tamē est Sandalū; ita Trinitatis hæ personę tametsi inter se distinctę, disiunctęque sunt, natura tamen vnum sunt. Hæc illi.

Cæterum ea ratione, quæ ab illis Trinitas significatur, & explicatur, absurda planē, & pugnantiā inuoluit: vox enim quæ Trinitati significandæ

*Lignū hoc  
medicis ce  
lebre est.  
unde Dia-  
trion san-  
dalu no-  
men inue-  
nit.*

subie-

*Parabram  
ma Triu-  
dos pater.*

subiecta est, tres diuersos Deos sonat, quos ex Deo quodam, nomine Parabrama, quem primæuum existimant, communem originem accepisse, & Ianum alio proterum esse fabulantur. Trinitatis certe vocem à Christianis usurpasse eos, vt alia multa credimus, sed vt ait Psalmista: In circuitu impij ambulans, & rem ipsam acu contingere non potuerunt, sed reuertor ad rem. Quærebatur igitur Pater num Guitaam putaret ille cognitionem habuisse eam, vt idolis seruire impij esse censeret: nam hoc in decimo tertio volumine scribit: quo concessio, improbum eadem opera Guitaam conuinci, qui idololatriam docuerit, si verò licere simulachris honorem deferre putaret, quod ex prioribus eius libris clarum est, eum repugnantia, sibi quæ contraria dicere asseruit; ex quo illum imprudetem omnino, & imperitum esse perspicuum foret. Pater hoc argumento conuinci posse aduersarium credebat. Verum ille lubrica se intorquens circumductione respondit, haud ignotum esse legum latores, quod imperitæ plebi se condere leges sciant, simili verborum rudi contextu vti, vt in sensum commune facile cadant: sapientibus verò viuis & ingenio perspicaciorum pollutentia alia longè sublimiora, & quæ capium vulgi excedant, ex iisdem elicienda relinquere, quod ratione magis, quam sensu ducantur: Deum nimirum qui videri nequit, colendum esse, & Guitaam aliquam huius rei persciciendæ rationem inuenisse constanter dicebat: in eum finem cærimonias instituisse, & idola colere docuisse cõfirmans, vt his quasi gradibus ad diuiniora eueheretur: externi certè ritus nihil, ait, aut parum adiumenti ferunt, sine interno cultu, quod decimo tertio volumine scriptum reliquit, vbi

vbi cū sapientibus hominibus, non cū profano vulgo egit: filium autem quod gestarent, symbolum id esse interioris fidei, quam inclusam animæ ad Trinitatis honorē quisq; tenebat, ex quibus omnibus intelligi posset, nihil aut absurdū, aut contrarium in libris Guitaæ reperiri: eodem modo ad alia quædā argumenta respondit subitis interpretationibus, pro re natis, nō tamē insulis interpretationibus, pro re natis, nō tamē insulis, quibus sæpè quæ in lege pugnantia videbantur, egregiè tutari visus est. Interdum cum ex tempore minus occurreret quod adferret, dilatis in alium diem disputationibus, exactè ex meditatione quæ poterat, in medium adferebat.

Quæsi tranquillitatisq; mentis tantum inhærebat, vt Patrem ad colloquium vespertinum nō sitis à cibo vsitatum, corporis recreandi causa se inuitantem reprehendere non dubitauerit, nec allatæ rationi acquiescere potuit, id nimirum institutum esse, tum ad defatigatum animum, quo ad labores iterum subeūdōs redderetur alacrior, recreandum, tum nonnihil de rebus diuinis colloquendum, sed in ea sententia persistit confabulationibus huiusmodi animum à diuinæ rerum contemplatione haud parum auocari: cui, vt silentium, ita temperatiam prodesse plurimū: non enim posse eum multa sapienter meditari, qui nimirum gula deditus esset: igitur nō prius cibum capiendum, quàm tertio fames huc impelleret, tum enim extra noxam esse.

Principem omnium virtutum castitatem aiebat, eamque reginam inter cæteras habendam, quam qui cõsecutus esset, eum alias omnes possidere. Multus adeo est in humilitatis commedatione, vt petierit aliquando, num in terris ars prodita viquā esset, qua quis ascendere aborē, &

*Castitas gē  
tilissima vir-  
utum regi-  
na.  
Humilitas  
secura.*

per singula folia subultrm discurrene sine metu possit: Patre verò dicente, se nihil compertum habere, nec credere quod præstari posset; ille artem huius in humilitate positam esse dixit, quod humiles dū semetipsos deprimunt, ascendant, maximeq; euehantur: vt enim formicis ob exiguū corpusculum arbore ascendere, & quā libeat discurrere tutissimū, sic humilibus viris datum est, in re quacunq; sine omni prorsus periculo versari. Cum concioni (ipsi nunquam antea viso spectaculo) interesset, nec quicquam intelligeret, admiratus est tamen populi attentionem, & oculis in concionatorem acutè defixis, etiam ipse ei operam dabat: mox rogat, quid sibi hæc res vellet: cum respondissemus nostræ legis secreta pandi; subdidit ille: similis nunc ego simiæ sum, quæ cum incidit in nucem, cum ea ludit, nec tamè intelligit quid sit, neque dulcedine nuclei intus inclusi frui potest: ita cum vestræ legis mysteria audio, quamuis non capiam, eorum desiderio tamen accendor ob suauitatem quam eis inesse credo maximam: quam obtem vos, ait, docete me, non enim graue mihi erit institui more puerorum. Cum intulisset alter: cur igitur Christianam fidem non admittis? Ego, inquit, quamuis fidem vestram sinceram esse credam, nolo tamen id mihi nūc accidat, quod puero olim; præceptores enim nostri ita docuerunt, non alia lege me salutem confecturum, quàm ea quæ Brachmanum est: adhibui eorum verbis fidem, & durissimum arripui hoc viuendi genus: iam si vobis omnia in contrarium affirmantibus assentior, & Christianus fiam, vereor ne intra paucos dies alius quis adueniat, qui vestra lege repudiata, suam mihi sequendam proponat. **Quamobrem scito nihil habere**

me reli-

me religiosius, quàm vt institutum vestrum prius explore: cui, si aridebit, facile me addicam; Hærebat sanè is dolor animo viri, nec in postremis quidem, quòd intelligeret multos annos sibi sine fructu perisse, in gentilium deorum legibus conterendis exactos, si veram esse nostram perspiceret.

Cum forè die quadam disputans, nescio quid altius, inuolutiusq; ingrederetur in quaestionem, quam vt se expedire comodè posset, rogatus cur qui magister inter Brachmanes non exiguis esset, ad quem tanquam ad oraculum remotissimis partibus multi confugerent, hac in re parū aut nihil difficili satisfacere nequiret. Respondit magna cum modestia, minimè mirum id debere videri, quòd ab hinc multis annis omni librorum supellectili relicta, in Insulā hanc nõ eruditionis causa concessisset, sed pietatis, idq; in præcipuis se statuisse, ac in eo summam scientiam ponere, ne quid iniquè faciat cõtra rationem, neue Deum offendat: sæpè multa quærit, multa perueniatur, ex quibus illud vnum erat: num præceptum vnum obseruanti, & reliqua transgredienti dandum præmium sit, aliãq; huiusmodi. Fratrem aliquando ei Pater instructorem in Philosophia versatum dederat, qui de fidei rudimentis hominem informaret. Rogabat igitur primū num à Patre missus, an sua sponte veniret: si nõ missus esset, charitatis quidem fraternæ se obsequium agnoscere, tamen huic oneri imparem fore dicebat, vt iunior instrueret seniore: si verò à Patre ad id adesset, indoneū sibi videri. Respondete altero, sic esse, & cū imperio Patris venire, vt rudi modo doctrinā Christianā à se obiter acciperet, à Patre deinceps secretiora auditurus,

*Scientia  
summa est  
pietas.*

O iij      ei fa-

ei facillimè acquieuit : atque neglectis pristinis erroribus ait ad Christianam fidem se transiturum, si Patri nostro ita vitium fuerit. Incipit igitur iam ex nostris cibis degustare, quod satis argumèto est, ipsum exuere paulatim Brachmanum legem : ad hæc funiculum eorum dirupit. quod apud illos, & sacrilegium, & desertæ religionis indicium est: Christianis tam in vestibus, quam in cibis se per omnia accommodans: baptismum tamen cõsul- tã differimus ei dare, ne si, ut est homo acris ingenij, denuò ad superstitionem antiquam redeat, ethnicos plurimùm à fide nostra abalieret, quem nulliã tria nobis confirmãt. Primùm quòd ex Brachmanum genere sit: alterum quòd cõcionatorem egerit apud suos, quod officium seu dignitas non solum ex ingenij prudentia confertur, sed in posteros trãsit, hos longa experientia duriores esse didicimus. Tertium est, quòd Ioguis sit, atque hoc genus hominũ inter hos gentiles est superbũ admodum, & arrogans, cuius rei etiam noster hic testis locupletissimus est: qui cum inter differendũ sæpè ad ea quæ suorum voluminum dictis cõtraria videbantur, neque cõmodam rationem, neque argumètum efficacem haberet, quòd dissolueret, dolore cruciabatur maximo. Quod usu venit non raro, cum de ijs artibus agitur, quarũ sibi peculiarem cognitionem ex professo vendicat, etsi vel tenuissimè earum peritus sit: nã Philosophiã habet planè fabulosam, qui licet ingeniosissim⁹ sit, & in bene disputandi ratione suo more supra mediocritatem exercitatus: tamen, & frequenter, & non leuiter aberrat, fateturq; legem nostram suę multis modis præferendam esse, rationibus firmioribus, magis æquabili methodo, & dictorum omnium summa cõfensione constare. Vbi diffi-

dencia

dencia inter se suę legis loca componere non potest. Prophetam id dixisse sat esse asserit, referens illud ἀυτος ε̄ φ̄α pythagoricorum. Sunt his grauiora etiam in hoc ingenij vitia, quæ nihil attinet curiosè dicere.

Quantoperè deprauata hominum natura sibi blandiatur: Fratres charissimi, vel ex hoc asperitati deditissimo homine colligere licebit; Primum autem ut nostros degustauit cibos, eorum sapore non minus delectatus est, quam quilibet alius; vestibus quoque utitur, idque indulgenter cum penè nudus antè incederet. Illud etiam ridiculum visum est, quòd vbi primùm vinum delibasset, ita placuit, ut nihil supra rogauitq; quòdnam arboris genus tam gratũ liquorem produceret: iam etiam de ea in horto suo plantanda sollicitus est. Sæpè etiam dicere solet Brachmanarum legem hoc nomine sibi displicere, quòd omnibus velsi prohibeat (nam qui serio Brachmanes sunt, nullum animal comedunt, herbis ac leguminibus cõtenti) cum in usum hominũ Deus omnia creauerit. Hæc ut voluptatè aliquã adferret, scribere volui, ex quibus cognoscere licebit præclara Dei dona adhuc in Ethnicis relucere, etsi maioribus iniquitatũ tenebris obsuscantur. Deus & Dominus noster nos omnes cõseruet, & suã sanctã voluntatem nosse, eidemque perpetuò parere concedat.

Valete.

Goę ex hoc diui Pauli Collegio,  
sexto Idus Decem.

An 1560.

O iiii

EX

*Brachmanes animã  
tibus non  
uescuntur.*

## EX EPISTOLA PATRIS

Emanuelis Tescire ad Fratres

Societatis Iesu.

Gratia Christi, &amp;c.



QVemadmodū superioribus an-  
nis, Charissimi Fratres, ea per-  
scripsimus, quę circa gentiliū  
conuersionē Dominus operari  
dignatus est: ita nūc Præposito  
prouinciale iubēte. nō potui nō  
& eius more gerere uolūtati & pio desiderio ve-  
stro facere satis, ea perscribendo, quę nō ingrata so-  
re arbitrarer. Paucis itaq; perstringā. quā is nobis  
hactenus in ijs adhuc catechumenis instituendis  
seruatus sit modus. & uelut aliud agēs nonnulla  
de quorundā gentiliū, licet non indigna cogni-  
tu, deploranda tamen superstitione interserā. Ca-  
techumeni in domo quadam Collegio vicino ha-  
bitant, in qua ad baptismum vsq; aluntur, ac in-  
stituuntur. Horum curam Chinenſis quidam ger-  
it, Patris M. Francisci Xauieri aliquādo comes,  
qui perpetuō inter illos uersatur, modum oran-  
di Deum tradit, & doctrinā Christianam simul  
omnes docet. Deinde illi singulatim certis qui-  
busdam horis quotidie lectiones memorię com-  
mendatas recitant. Monentur item à nobis fre-  
quenter ac serio Ethnicos ritus, & antiquam ui-  
uendi consuetudinem planē detestandā esse, pri-  
stinamq; religionem cane peius, & angue su-  
giendam, utpote quā aliud nihil quā diabolici-  
cæ fraudis inane commentum sit, & mera super-  
stitio: eosq; in hanc sententiam inducimus, ut ex  
animo credant, nunquā se in ea seruandos fuisse.  
In hunc finem nonnulla exempla ex eorum le-  
ge, &

Ratio insti-  
tuendi gen-  
tiles.

ge, & moribus deprompta in mediū adducimus,  
ut ex falsitate proprię legis, nostrę fidei uerita-  
tem agnoscant, quę omnia quō facilius perficere  
possimus, singulis seorsim euocatis, nostrę fidei  
rudimenta explicamus. Quā in re breui tantum  
proficitur, ut illi legis Dominicę ueritate perspe-  
cta, non modō errores, & diabolicas fraudes ex-  
ercentur: sed & de commissis in Deum flagitijs  
ueniam postulent, nostram se fidem, quōd ea so-  
la bona, & sancta sit, amplecti consueuerunt, ut  
in ea mori, & salutem consequi ualeant. Postmo-  
dum eo ordine quem felicitis memorię Pater M.  
Franciscus nobis præscriptum reliquit, doctrina  
Christiana explicatur. Sumpto initio à signo cru-  
cis, cuius uirtutem, & quanto illud honore pro-  
sequendum sit, exponimus, signum uidelicet hoc  
Christi fidelium nō solum in primordijs omniū  
actionū nostrarū, sed etiā contra dæmonū incur-  
sus, qui ipsos aliquando inuadere solent, usurpan-  
dum: illi pauore percussi, interdum ad nos accu-  
runt, credentes se ob errores pristinos, quibus il-  
los demon inuoluerat, iam abdicatos, damni ali-  
quid ab illo perpessuros, quocirca hoc lubentius  
crucis signo se muniant, quōd illud sciant pluri-  
mū in hostē ualere. Post hæc articulos fidei pro-  
ponimus, ijs diutius explicandis inhærentes, quę  
plus habent difficultatis. Rationibus enim eorū  
capacitati accommodatis, unū solum Deum esse  
manifestamus, neque idolū aliquid diuinitatis ha-  
bere posse, quōd sit, ut & se grauius errasse fatean-  
tur, & ex ipsis idolorū (quę circūferuntur) factis,  
dictisq; nec deos, nec sanctos esse intelligāt. Quę  
ad sanctissimę Trinitatis mysterium spectāt, ea  
summatim, & quasi per transennam (ut dicitur)  
tantum attingimus, ne uilla paruulis in fide Ca-  
techu-

Vis signi  
crucis.

techumenis errandi præbeat occasio, qui tam inexplicabilis mysterij necdum capaces sunt. Sat agimus interim pro viuis nostræ Iesû Christi Domini nostri amorem in eorum corda inferre, insertumque infigere, utpote qui vita propria, proprioque sanguine à dæmonum fauissima tyrannide animas nostras in libertatem asseruent. Dehinc beatam Virgine matrem eius, quod ab ea carnem assumpserit, omni veneratione ac honore prosequendam esse monemus: hæc quæ dixi, cum omnes, tum præsertim Mauri, docentur. Post reliquos nostræ fidei articulos cum suis historiis declaramus, similitudinibus illatis: quoniam his duabus præcipuè rebus hoc genus hominum ad pietatem excitatur, historiis videlicet & similitudinibus: quibus absolutis, decem præcepta enodamus, iis diutius explicandis, quæ illorum legimur aduersantur, ut est primû, tertiu, & sextum, inhærentes. Tradimus præterea qua hæc ratione seruanda sint, quæ item matrimonio coniunctæ personæ præstare debeant, quid demum aduersa valetudine affectis incumbat agendum, ne videlicet (quod antea solebant) aut idolorum, aut veneficorum implorent auxilium: utque magna veneratione ac religione res sanctas, velut imagines beatorum hominum, templa, & crucem prosequantur, sacrificij missæ augustissimum mysterium (ut par est) amplificantes. Quæ omnia quàm clarissimè pro eorum captu, quoad eius fieri potest, proponere studemus, idque per interpretes, quos tamen sepe ob linguarû varietatem desideramus, ut haud rarè cõtingat, in vna eadèq; sermone, tres, quatuorue diuersos loqui interpretes, Iudeos, Mauros, Ethnicos, qui fuerant variorû ritû & morum: ut autem deficientibus

etiam

etiam interpretibus res nostras discere possint, sepe coguntur suo more nostra lingua sonare. Murus quidam puer Maurus catechizandus huc venit, cumque alia docendi via deesset, imaginem crucifixi tenentes signis quibusdã & digitis monstrauimus, quonam pacto in crucifixum pro nobis Christum credere deberet: baptizandus se credere signis manifestabat, ac verum cæli, terræ, omniumq; rerum factorem pro Deo colere vellet, tangens etiam pedes, manus, & Christi latus, indicabat eum pro se non modò sanguinem, sed & vitam profudisse, quem supplex adorabat, & in quem credebatur. Baptizatus in Collegio remansit, & in rebus domesticis sese exercuit. Dum Christianam doctrinam explicamus, aut de aliis rebus diuinis verba facimus, doctiores indoctiorib; præponimus, quòd homines isti honoris à natura cupidi sint: quibus persuademus in hac catechumenorû domo ei præcipuè honorè deberi, si quis optimè doctrinã Christianam nôrit, eò quòd eiusmodi cæteris dignitate præluceat. Quare nõnulli ut doctiores & vincere, & anteuertere queant, nunquam ferè, donec quòd sibi proposuerunt, consequantur, quieti vel somno indulgent. Interdum rosaria (quæ vocant) doctioribus tanquã diligentiæ præmia cõferuntur, sed iis tantû qui vel totã, vel maximam doctrinæ Christianæ partem memoriter tenent. Per multi ardentissimo flagrantes desiderio, ut ex euidentibus signis manifestè liquet, ad fidem concurrunt, nõ sine voluptate narrantes, quæ antea errorum tenebris excæcati videre nequiuierant.

Cû quidã certis conditionibus baptizari vellet, neque quòd desiderabat, à nobis posset extorqueri, cæteri catechumeni re intellecta, hominẽ seorsum euocati, & ad cõditiones deferendas studiosè

sunt

*Modus in-  
uocandi dæ-  
monem.*

sunt hortati, & vt sincero animo Christianus fieret. induerunt. Narrauit is. iam sacro baptismatis fonte ablutus, se dum adhuc ethnicè viueret, in regione Cambaie in ignem veneficum fuisse, & sæpe dæmonem vidisse, rationem quoque ad elicienda dæmonum respōsa eo, quo iam dicam modo, exposuit. Impiis totum corpus lauant, & Pharmaca, vt intus purgentur, sumunt, tū quibusdam rebus vescuntur, & in oclusam domum, in quam luci non patet aditus, abduntur, atq; vt collectiore sint animo, ex cilicijs Conopæum fabricant: in quo positi orant ad certum diem numerum, postea sacrificant saccarum, adurent butirum, & cilicij pannos certis quibusdam cum implorationibus, qui plus adusserit, melius sacra facere iudicatur. Ait hic virum quendam fuisse, qui quingenta magna dolia butiro plena obtulerit, & sacchari maximam copiam cum pannis cilicinis precij 500. aureorum. His omnibus in vnum coniectis, sacrisque peractis, qua forma volunt, dæmonem vident, sæpe gemmis aurōq; fulgentem, magno famulitio, puellarūque comitatu, equitatu amplo, ac multis cum elephantis, multa ex his qua ostentat miseris offerens, dans tamen nihil: eleemosynas erogare iubet, aliisque eiusmodi, vt Angelum lucis se esse demonstrat. Aiebat præterea omnes ista sacra peracturos magna pauperum multitudini cibos largiri debere, quocirca nonnulli 500. alij 1000. ad cōuiuium vocant.

*Heremitæ.*

Addebat hic noster illa in regione heremitas plurimos in arboribus fabricatis domunculis vitam trahere, quò & meditationi quietius vacare, & ferarum impetum, ne ipsi præda fiant, arcere possint, silentiumque adeò superstitiose obserua-

re, vt

re, vt vix vnquam illos in colloquiū admittant: magna his est discipulorum ministrantium multitudo, qui omnes dæmonibus sunt familiarissimi, contemplationique vacantes, in hoc viuendi modo ad extremam vsque senectutem perseuerant, cumq; mortem sibi iam imminere animaduertunt, vasculo ligneo includi se, & in flumen, quo ad paradysum rectè ire arbitrantur, præcipientes dari mandant, discipuli ad mortem vsque magistros prosequuntur extinctorum cadauera educentes: omnium vertex à cacodæmone perforatus cernitur, qua animas eductas ad campos Elysios euolasse dictitant, & cadauera in ripa fluminis (quod ob frequentes dæmonum illusiones ibi fieri solitas sanctum reputatur) tanquam in loco reliquiis sacro, quanta possunt celebritate condunt. Hæc scribere volui, vt intelligatis quanto cum maiori diligentia, atque perseuerantia dæmonibus seruiatur, qui in hoc mundo decipere, in altero torquere possunt, quàm Deo Domino nostro, à quo bona cuncta nobis cumulatè suppeditantur. Faxit illa infinita bonitas, vt Fratres nostros è tantis erroribus vindicatos, Christo consecrare possimus: reliqua breuitatis causa premitto. Tempus interdum in hisce stultitijs tenuimus, quò facilius catechumeni ab huiusmodi impietate animos auocent. Ordo quem paulo ante baptismum seruamus, hic est. Pridie quam baptismatis sacramento catechumeni initiuntur, sedulo, qua se ad illud suscipiendum ratione preparare debeant, monentur: iterūq; omnes tam legem, quàm mores pristinos detestantur. Deinde articulos fidei propositos, num credant singuli interrogati, se credere respondent. Post hæc præcepta diuina proponimus, sciscitantes num

*Se occiden-  
do ad cæliū  
ire putant.*

ex ani-



ex animo illa recipiāt, & se obseruatos semper polliceantur, quibus annuentibus, addimus atrocissimum crimen esse ad vomitum redire, aut secundò baptizari, ostendentes per baptismum præterita omnia peccata deleri: quibus peractis, baptizantur. Quantum verò emolumentum ex hisce consecutione sit exercitiis, vel ex eo quiuis facile animaduertat, quòd elapsis proximè duobus annis, quibus hæc catechumenorum domus ex obedientia curæ meæ commissa est, ad 16000. hominum baptismum susceptibile facile crediderim: quos ferè omnes in hac domo in primis Christianæ fidei rudimentis instituiimus: mulieres interim excipio, quibus alia in domo seorsim habitantibus deuotæ præstantur matronæ. Vt primum baptizati fuerint, mensè accumbentibus, quanta possumus charitatis demonstratione, ministramus. Prandio sumpto, inculcamos eos iam nostros in sanguine Christi Iesu fratres effectos, summa diligentia recens acquisitam mentis puritatem custodire debere: eosque hortamur, vt consanguineos, vicinos, & amicos ad nos adducant, quod non solum se facturos polliceantur, sed etiam planè in id studium eos incumbere res ipsa declarat, cum non raro eorum plerique necessitudine sibi deuinctos in Collegium nostrum adducant baptizandos. Probi certè Christiani effecti sunt (laus Deo) diuinarumq; rerum studiosissimi, ac iurati idololatricæ hostes, & persecutores, quos enim Pagodes inueniunt, domum allatos cõminuunt, adeoque sedulo, vt minimè veriti sint non sine præterenti vitæ periculo etiam continentem inuadere: vnde non ita pridem idolum quoddam ingentis magnitudinis apud ethnicos in summa veneratione habitum, & ad quod è remotissimis

16000. bñ  
nio con-  
uersa.

locis

locis peregrinabatur, funi alligatum ad celocem vsque raptarunt, & denique in Collegio nostro comminuerunt. Alij aliter fidem suam testantur: quidam enim vixdum vno mensè Christi sacris initiati, cum ad eorum aures rumor iubilæi peruenisset, illius participes fieri contenderunt, obnixè à me rogitates, vt modum quo obtineri posset edocerentur, parati subire quicquid summus Pontifex præscripsisset, optantes & ad sacrâ Christi mensam admitti: quod cum in fide etiam tum admodum essent Neophiti, impetrare non valuerunt. Alia permulta sunt quæ Deus Dominus noster in nouellis hisce fidei plantis operatur, quem rogamus vt ad suam maiorem gloriam incrementum illis det, & in cordibus nostris semper habitare dignetur, suamque nobis voluntatem exequi concedat. Amen.

Goæ ex Collegio Diui Pauli,  
8. Calend. Ianuarij,  
1560.

Ex mandato P. Prouincialis  
Seruus omnium in Christo

Emanuel Teiscera.

EX ALIA LODOVICI  
Frois, ad Fratres in Europa degentes. 1560.

Gratia,

Gratia, & amor aternus Christi Iesu  
Redemptoris nostri cor no-  
strum perpetuo inhabi-  
tare dignetur.



X ijs quas superiore anno lite-  
ras misimus, si modo prospera  
navigatio fuit, accepisse vos ar-  
bitror, quāto fauore Dominus  
Deus noster nouam hāc in In-  
dia fidei prædicationem pro-  
sequatur sit, præcipue autem quantum fructum  
ea fecerit in peninsula hac Goensi, quanquā non  
alius, atque fuit, rerum exitus sperandus erat, vt  
pote iis principijs deducto negotio, quæ vt vti-  
lissima erant saluti multorum, ita non nisi glo-  
riosisimè perfici debuerunt. Quamobrem æquū  
est omnes qui humanæ salutis amatores, & bo-  
norū omniū boni aestimatores esse cupiunt, au-  
thori Deo de tā prospero successu summas age-  
re gratias. Iā verò his literis diuino fauete numi-  
ne, breuiter ea perstringam, quæ se in scribendo  
primū offerent, persualtis id quod res est, si præcla-  
rissimis quibusq; operibus quæ apud nos quotidie  
occurrūt, interesse, & corā aspiciere nobis ea quæ  
scribimus, liceret, pene nihil esse diceretis, facta  
cum ijs cōparatione, quæ liberali clementia Dei,  
quā felicissime indies geruntur.

Scriptimus anno superiore, quæ in celebriori-  
bus baptisimis cōtingerunt, in quibus numerus ba-  
ptizatorum trium millium ducentorum, & sex-  
aginta fuit.

Modò illa tantum indicabimus, quæ post vlti-  
mas nostras literas præcipuæ notæ res, & magni  
ponderis euenerunt: vt intelligi possit quā mul-  
tos qui-

tos quibusq; artibus diuina bonitas in hac Goësi  
Peninsula (quæ duas in lōgitudine leucas, vnam  
in latitudine tenet) ad Ecclēsiā suam per lau-  
crum baptismatis introduxit. Sunt in vniuersum  
in eā, oppida 31. ex his quæ præ reliquis magis po-  
pulosa censentur, duo millia hominū alunt, alia  
pauciores, aut plures etiam, pro soli cœliq; diuer-  
sa fertilitate. In his Christiani viuunt non ita pri-  
dem ad fidem conuersi, & cum incolis Ethnicis,  
promiscuam cōsuetudinem habent, quorum etfi  
frequens antè multitudo fuerit, iam ad paucitatē  
tantam redacta est, quanta post vindemias vna-  
rum esse solet. Erigit nos Dominus noster in hūc  
animum, vt planè confidere liceat anno proximo  
neminem ex ijs qui prophanos errores sequun-  
tur (modò res parem successum cum initijs habe-  
at) in hoc deinceps loco futurum: exterę nationes  
certè gentiles, Mauri, Indæi nunquam deerunt,  
aliorumque ex toto orbe huc venientium exci-  
ta frequentia, qui negotiationes, & mercimonia  
hic exercent. Multis in oppidis Ecclesias nostri  
habēt, in quibus Dominicis, ac festis diebus mis-  
sifarum solēnijs intersunt diligenter: quæ quoniam  
longius absunt à ciuitate, nec ita multos fidei  
magistros audire possunt, remedium quoddam  
oportunum iis in locis à Patre Prouinciali initū  
est, quod vt laudem Dei non mediocriter auxit,  
ita fructum attulit non pœnitendum. Ita enim  
singulis oppidis nostrorum laborem partitus est,  
vt quantum fieri posset, ratio vbique eadem pro-  
mouendæ fidei haberetur. Duo Dominicis die-  
bus ante lucem audito sacro proficiētur ad bea-  
tam Virginem, cui nomen est à Guadalupa, &  
ab vrbē Goa abest duabus leucis, alij item  
duo ad templum eidem Virgini alio in loco

Oppid. 31.  
habet.

Euangeli-  
xantiū di-  
stributio.

consecratum, alij ad B. Ioannis, alij ad alia loca, ne longior sim, excurrunt. His omnibus pro more est: vt festo die primum aliquid ex Euangelio decerpant, cui deinde sermone de doctrina Christiana subtexunt; in socios accitis ex hoc Collegio interpretibus quibusdam, vt materna lingua cum illis agere, & facilius quæ volūt, exprimere possint. Aprandio per vicos egressi: & puerorum multitudinem quantum possunt, in vnum tintinabulo conuocant: ipsi pueri ramis, ac frondibus cumulati per plateas incedunt, doctrinam Christianam læti iuxta ac suauiter cantillant: faciunt id vsque eo dum ad templum ventum est; ibi tum à Fratris ad horæ vnus spacium præcipuos articulos fidei, & oratiões docetur. Hoc modo rã laudabili re consecrta quisque ea loca visit, quorum curam præcipue gerit; inquit in mores, & necessitates omnium solatur, vt omnibus, quantum fieri potest, ex hoc Collegio satisfiat. Iam verò quoniam loca quædam paulò longius, à tēplis distant, quàm vt mulieres, aut pueri cōmodo eò cōuocari possint, curatū est à nostris, vt quā diu de templis prospectum non erit, vmbacula vbi doctrinam Christianam audiant, singulis in locis erigantur. Maxima pars horum cū primū ea exercitatio cœpta est fieri, ad conciones nostrorū cognatos, & affines, ac parentes suos ab im pietate abstractos impulerunt: hinc factum est, vt admonitionibus Christianorum, Fratrumq; nostrorum precibus, ac exhortationibus magno se numero duci ad agnitionem Dei paterēt, qui postea ad Collegium deducuntur, ac fidei rudimenta diligenter edocentur. Hæc de ijs qui animarum plicationi foris distinentur: quorum aduentum, qui in Collegio remanserunt, auide expectant.

pectant. Sollicito animo aduentantes de messis vbertate interrogant, quamq; multos ad baptismum pertraxerint, vt narrationis iucūditate fruatur, quam existimant amplissimā se capere posse ex earum rerum auditione, quæ ad cuiusque cōuersionem præcipuum momentū attulisse videtur: quod hæc res vergat in summā gloriā Dei, tantamque vtilitatem genus hoc exercitationū Goensibus peperit; vt dubium non sit, hanc vnam esse viam à Domino Deo subministratam, quæ & gentem totam breui nostram faciat, & Lusitanos ad pietatem excitet, & ipsos ethnicos in cōfessionem impellat: dum tantam sollicitudinem religiosorum vident, in id vnum incumbentium, vt quos semel ad nouam fidei lucem adduxerūt, de omnibus instruant. His accedit Proregis in hoc negotio summa constantia, & animi alacritas, quam pro augenda catholica fide ostendit: vnus enim præ reliquis Christianorum & fautor est, & maximè studiosus, neque quisquā non mirari potest, cū ardorem eius, vt animas pertrahat ad Christum, tum industriam in excogitandis commodis rationibus, quibus eos ad id inducat, intuetur, & tanto quidem desiderio, vt qui ex professio munus hoc suum faciunt, & in hac palestra propagandæ fidei se exercent, victos se à Prorege ingenuè fateantur. Interdum vt ethnicum quantumuis abiectæ sortis ad Christum trahat, vsque adeo nihil de labore reliquum facit, vt persuasum sibi videatur imperij salutem ab vniuscuiusque conuersione pēdere vniuersam: non rarò, si quis Ethnicus occurrat excussis, quæ præmanibus sunt, negotijs. eum de fidei nostræ ministerijs amanter, & prolixè instruit, vt nihil sæpè aulicos se comitantes offendere vereatur. Hoc illi

P ij à Deo

à Deo datum est, vt nullam occasionem, quæ lucro animæ cuiusquam seruit, sine fructu sibi eripi patiat. Sed hæc quoniam prolixiorẽ sermonẽ desiderant, quàm epistolæ conueniat, prætermittam, eaq; cõmemorabo, quæ in baptizãdis Christianis, ex quo postremum ad vos scripsimus, acciderint. His absolutis, ad res priuatas, & proprias quorundũ accedam, quæ noui Christiani experiri sunt, quarum narratio loquetur vel me tacente, quantum laboris hoc negociũ secũ trahat: nec mirum, cum summũ, ac præcipuũ ex cõmibus sit, quæ per Societate nostram diuina Maiestas efficere dignatur: quod cõmunis omniũ hostis diabolus intelligẽs inuenit nouas semper artes, quibus tam prosperos labores impedire conatur. Ergo cum necessarium esset, vt præter autoritatẽ Ecclesię potestas Principum virorũ ad copiosam hanc frugem accederet, quæ obstacula omnia amoliretur, Deus Dominus noster Prorege tanquam instrumento in multis vsus est.

Memor igitur edicto à se seuerẽ esse cautũ, vt ne qui propagationi fidei obsisterent, aut si qui tales essent, sua ditone cederent: vbi animaduertit primarios quosdã ex Brachmanis esse istius insularũ, qui tum sua autoritate, tũ superstitiosis quibusdã ritibus ignobile vulgus à Christianismo auocaret, nullum non conatũ adhibuit, vt illos ad fidem nostrã alliceret, nõnunquam publicẽ cum illis verba faciens, interdũ priuatim, sæpẽ pollicitationibus, & amore plenis amplexibus, denique seuero vultu oẽm ad persuadendũ, & convincendũ operam adhibuit. Inuestigata etiã alia via est, his ferẽ prætexa initijs, vt toto hoc anno circa vesperum Dominicis diebus in Collegio nostro de imposturis, & fallacijs quas lex illorũ ha-

bet,

bet, concio haberetur, quod etiam factum est, Libris eorum in mediũ allatis, ita accuratẽ omnia, quæ pro illorum secta facere videbantur, confutata fuerunt, vt vel cæco perspicuum esset, falsa esse, quæ libris illis continebantur: Vbi Brachmanes rationibus se destitui videbant, ad defensionẽ satis esse putabãt, vt quoquo modo de cassib; effugeret, q; se more maiorũ viuere profiteretur. Sed cum pro innata animi pertinacia, neq; vnquã se victos agnosceret, neq; rationib; quantũlibet efficacib; crederet, Prorex in cõpendium misso negotio, malo huic nodo malũ cuneum opponit, legẽ promulgat, vt intra quadragesimũ diẽ à decreti promulgatione Brachmanes cũ suis omnibus, qui Christiani fieri nollẽt, supellectili omni, quæq; in rebus, & cõsis haberet, intra id tẽpus destructis, in exiliũ abiiret: qui nõ pareret, iacturã ei facturos, & ad triremes abreptũ iri comminatus est. Hac sentina, & fece exonerata insula, fructum plurimũ procreare cõepit, qui quantus fuerit, efficaciam iam intelligatis. Tertio Non. Decemb. die B. Lucie anno elapso, qui à partu Virginis 1559 fuit, à postremis ad vos literis datis, primum baptisma celebrauimus, quo 84. homines Christi corpori conglutinati sunt. Cal. Ianu 1560. Circũcisionis festo, die nostrẽ Societati proprio 154. 6. Cal. Martij die B. Mathiẽ Apostoli 225. qui omnes & rerum domesticarum amplitudine, & magna autoritate fuerunt spectabiles. Octauo Cal. April. die Annunciationis 160. 15. Calend. Maij intra octauam Resurrectionis, cum Beatæ Virginis de gratia, vt vocant, festus dies in insula Ciorana celebraretur, vbi tertio ab hac vrbe positam miliari, Ecclesiam in honorẽ Virginis hoc nomine habemus.

P iij

quo

84. Baptizantur.

225. Optima conditionis, &amp; autoritatis magnæ

160. Baptizati. Sit' Ciora.

quo in loco multi à nostris cōuersi agunt. Visum est Proregi ad se pertinere, vt illos inuiferet, & in honorem Beatissimæ Virginis, sic vt uoluerant incolæ, baptismati cuidam interesset, Christiani aduentantem honoris causa antegressi, honorificè, & humaniter accipiunt, & scolopetarijs (quorū etiam hic vsus inualuit) & peditū instructa acie, ad ædem vsque sacram deducunt: huc cūm peruentum est, 155. soleanni ritu, & ordine baptizati sunt. Prorex ijs peractis, quod iā sol ad occasum vergeret, multis prius beneficijs collatis & honoribus, regressus est.

155. *Baptizantur.*

127. *Baptizati.*

300. *alij: Catechu.*  
100.

200. *baptizati.*

300. *catecum.*

70. *cate.*

177. *alij.*

Cal. Maij, qui dies B. Apostolorum Philippi, & Iacobi erat, 127. baptizauimus. 4. Idus mensis eiusdem, qui tum Dominicus dies erat, 300.

Die proximè sequenti ad 100. catecumenos cogimus ijs, qui pridie baptizati erant, vel amicitia, vel cognatione, vel vicinia coniunctos.

Decimo Cal. Iunij, quo tempore Dominica in cælū ascensio recolabatur, 200. In profesto Pentecostes P. Petrus Dalmeida in oppidum huius Insulæ, quod à Goa supra vnum miliare distium est, egressus, 300. & eo amplius catechizados adduxit: horū parentes, qui domi ad custodiā remāserant, post hos baptizandi circiter 70. erant.

Nono ab hinc die. 177.

13. Cal. Iulij ipso die B. Geruasij, & Prothasij baptisima omnium maximū celebratum est, quod quia prolixam epistolam requireret, si narrantū ex integro foret: tamen rei ordinem, & modum breuiter attingam, idem facturus in alijs scriptu dignis, quæ occurrent. Inter cætera huius ciuitatis suburbia amplius quidam pagus est, in quo vna ex præcipuis parœcijs in honorem Beatæ Virginis de luce consecrata visitur. Proxima huic

huic pientissima quædam matrona habitabat Abissina genere, nomine Catherina de Faran, vidua spectatæ probitatis, & magnæ apud omnes authoritatis, quæ frequentissime apud nostros sacramentum communionis participat: ad hæc filium Diaconum in scholis nostris habet, philosophicis studijs incumbentem. Cæterum in Christianismo augendo tanto desiderio inflammata est, vt in ea re omnes Indiæ mulieres quæuis optimas, facile vincat. In hunc finem cū Ethnicis & Gentilibus, inter quos habitat, assidua versatur: quamuis iam plurimis fidem Christianam persuaserit, non tamen ob generosum animum, quem gerit, desiderio suo satisfactum esse vnquā putat, nisi ingentem aliquam predam ex integro ad fidem adducat. Quamobrem cū ethnicos cærimonijs contra Proregis statuta vetitis operatos fuisse audiisset, rem ad nostros refert: videri sibi peropportuna occasionem datam, vt scelere sacrificiorū perterriti, depositis erroribus, ad Christum accedant, tantum opus esse Patre vno, aut altero, qui rem incipiant, & metuentibus incumbant: quamobrem cū ex alijs huius Insulæ partibus tantus fructus decerpatur, per Dei vos, inquit, amorem rogo, & quam possum effusissimè flagito, adiuuate me. & è collegio vestro opem ferte, vt queam facilius hunc gregem vicinorum meorum cogere ad Ecclesiam, & fidē Christi, sacrificium quæ solennis batismatis Christo offerre. P. Prouincialis tanta oportunitate persuasus, mittit P. Petrum Dalmeidam cui nonnullos è Fratribus comites adiungit, & tempus accipit commodum quo domi omnes probabiliter inueniri possent Tentata res est, ac illa ipsa die quartadecima nēpe Iunij, 120. ex his in colle

gium abducti sunt, hilares, ac facili negotio: mirū sanē, quod supellectilem omnē, & aedes reliquerint, vt Christo nomen darent, nec aliter ac si à multis iam diebus ad id præparati, nihil præter nostrorū aduentū expectarent. Pueri ipsi Patres nostros amplexi, vt se dimitterent, cogeant: donec parentes inuentos vnā ad urbem adducerēt: idem patres sollicitē pro filijs petebant. Tantus denique omnium ardor erat, vt quisq; suos vtriusq; sexus parentes, ac amicos omnes summo studio collectos, altero die in domū Catharinæ de Farā, quam plurimum venerantur, cogeret. Aduētātes illa multa stauit ac, ac voluptate excipit, & ante altare, quod in suis aedibus habet, flexis genibus esse iubet, hortatur vt primū Deo gratias agant pro tāta gratia: Deinde vitulinā proponit, non tā vt animi benevolentiam declaret, quam vt superstitionas ipsi leges violaret, & hac ratione nū ad Christianismū procliuēs essent, cognosceret. Tandem omnes ad Collegium missi sunt.

Altero die, iterum transmissi sunt alij 30. vt cum reliquis fidei rudimēta discerent. Paulo post eadem literis ad Patrē missis domi suæ 53. alios superesse indicans petit, vt vnus aut alter mittatur, qui & hos Goam deducat, & reliquos, quotquot erant, qui haud dubijs signis Christi fidem se amare ostenderent, inflamme. Mittitur Pater Antonius de Costa cum Fratribus nonnullis; hi congregandis hominibus toto ferē die insumpto, tandem ad vesperam 140. inter quos multæ mulieres, infantes, & pueri, accensis facibus Goam adducunt. Inter hos plurimi nobiles erāt, alij mercatores, alij aliarum artium, & quidam centum annos natus cum filio quadragenario. Mulieres cum virginibus seorsim in ijs aedibus

locatae

*Quidā cē-  
tenarius s-  
dei lumen  
aspicit.*

locatae sunt, quas catechumenę habitant: His Abi-  
sina charitate maxima præerat: quæ preculas, &  
cultum fidei, rēsq; alias simpliciores eas doce-  
bat. Viros cū puerulis recepimus in Collegium  
nostrum & catechumenorum domum.

Interea dum fidei rudimentis operam dant, *Miro sane*  
singulis ferē aedibus, ne sine custodibus manerēt, *modo hi ne*  
senes aliquos & prudentes viros assignauimus, *glecta sa-*  
qui domesticas res curarent: inter hos custodes *milia ut*  
plus minus 80. erāt, qui fide nostra paululum de- *Christū im-*  
gultata ex consuetudine, & facilitate morum, *bibant an-*  
quam in Christianis viderant, vix in hoc officio *ti, quatos*  
contineri poterant. quin rupta mora ad baptis- *Christia-*  
mum cum reliquis festinarent. *nos redar*

Dominico quodam die P. Petrus Dalmeida *guunt, qui*  
egressus nouem homines in domo quadam reli- *bus non ua*  
ctos quæsiturus, idē septuaginta stipatus ad Col- *eat Chri-*  
legium recurrit. Illa ipsa die literas alias ad nos *sto seruire.*  
dedit Catherina de Farā, vt venirent aliqui, fra- *70. cathe-*  
gmenta quæ super essent collecturi. Excurrit E- *cumeni-*  
manuel Thesseira, & cū eo Pater alter: 100. con- *100. alij ca-*  
gregant, qui omnes virides ramos cum gaudio *thecumeni-*  
præferentes, & læta voce ad catechesim cōueni-  
unt. Porro autem tam frequens aduentantium  
cōcurfus erat, vt omni eo tempore, quo primū  
colligi in vnum cœperunt, nihil æquē P. Petro  
Dalmeida, quā de vestibus parandis cogitan-  
dum esset, quæ tam multis, & varij sexus ætatis,  
ac fortunæ hominibus & quadrarent, & satis es-  
sent: difficultatem hanc augebant non tātum an-  
gustia tēporis, quod exiguum erat, verū caritas, &  
inopia panni, quā obrem cū haberet alioqui quod  
cum Prorege ageret, adiens eū, & cū eo hāc etiā  
causam agens, vereri se dicit, ne satis tempestiue  
propter inopiā vestitiū baptismus institui posset.

Prore-

Prorex pro solita lætitia, & Christiano gaudio, quod ex huiusmodi nunciis amplissimum capere solet, vt vestes quoquo modo haberentur, fidei iussorem se dedit, paratus ob tam pia debita in carcerem etiam detruendi, si bonis cedere, aut non esse soluendo contingat: iam enim diu ex Regis Lusitanæ vestigialibus centum millia aureorum impèdere constitutum habet, vt Christiana fides in Goë circūiacetib<sup>9</sup> locis, & auctior, & illustrior fiat. Nec dubiū, quin si exigat necessitas, pecunię vim multò etiam maiorem, effundere paratus sit, tanta est in hoc heroe constãtia, fauor, fides, & dexteritas in rebus omnib<sup>9</sup> peragendis, quæ ad fidem pertinent, vt quicquid vel re, vel fauore, vel auxilio quocunque ad numerum Christianorum augendum facit, nihil vnquam prætermittat. Hæc de qua mentionem facimus, Christiana messis incidit in id tempus, cum agri colendi, & semen humi mandandum erat: ne ergo ab operis catechumeni, & quotidiano labore diu abessent, studio se actum est, vt primo quoque tempore baptism<sup>9</sup>, etsi die prophano celebraretur: quod & Prorege presente factum est, Baptizati autem sexcenti & 50. fuerunt, quibus baptizandis etsi quatuor Patres præfuerint, tamè effici non potuit, quin antè iã inclinata dies esset, q̃ ad mediū peruenissent, & reliquos oēs accensis ad valvas templi facibus quanta potuerunt diligentia, & compendio, sacro baptismate ablueri coacti sint. Cæterū quoniam domum singulis reuerfis, in vnum iterum confluere, nisi magno labore non posse videbatur, additum est etiam hoc operæ, vt ex integro noua matrimonia, quibus erat necesse inirent. Quantum verò in vniuerso populo gaudium extant numerosa piscatione ad fidem accedentium, & exul-

650. baptizantur.

A baptismate renouantur.

& exultatio orta sit, tum quantum hauserint voluptatem Patres ac Fratres nostri, quos Dominus Deus noster ad id delegerat, facile est assequi cōiectura: super omnes incredibilis quædam lætitia Proregis erat, qui quòd tanta cum alacritate ad baptismum hos confluere videret, nec animo, nec aspectu poterat satiari, nūc his nūc illis ad se euocatis, singulos cōplectens, bono eos esse animo iubebat, aliis se totum promptum, ac facilem offerebat. Collegium nostrum aliquot diebus baptismum istud præcedentibus victum, vt poterat, liberaliter omnibus suggerebat: quorum numerus, domesticis ascriptis, supra 900. erat: ex his in catechumenorum domo plures quadringentis mulieres morabantur. Sæpe accidit plures quingentis Collegium nostrum alere catechumenos, ex qua re perspicimus Christi pollicitationem esse certissimam, vt regnum Dei, & iustitiam eius consecrantibus, hæc caduca, & fluxa bona ex cumulo adiciantur.

Post hoc baptismum octauo Calen. Iulij, in die Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ longè celeberrimum peractum est, in quo singulare quid cognitione non indignum accidit, quod peculiari expositione perstringam. In Goensi peninsula pagus, quidam amplissimus est, cui nomè inditum est, Carambolin, in quo delubrum primario cuidam illius loci idolo sacrum, magna ab incolis religione habitum; vita sanctus Vicarius disturbati fecerat, ac in templum verti B. Ioanis Baptistæ. Primate igitur oppidi, quos Ganzaros vulgò dicunt, cum Christianorum numerū mirum in modum crescere animaduertent, quo pacto hæc calamitatibus (vt ipsis quidem videbatur) occurrerent, & labefactionem legum suarum impedirent,

uatur matrimonium.

Ingentes e-  
lecomosyne

Carāholi-  
nus pagus  
maximus.

Ganzari  
quid.

dirent, consilio inter se coacto agitabant. Deliberatio variis sententiis acta est, neque certò definitur potuit, quæ sententia præferenda esset.

Quidam rem potius, quàm animæ salutem in periculum vocari debere, & cedendum ditione Proregis potius, quàm antiquis legibus recedendum esse, putabant. Quid enim facimus, aiebant: Christianismus augetur, nos detrimentum patimur: si in continentem proficiscamur, non modò suppellestem, sed & reliquas opes, & copias amittimus vniuersas: sin manere, & vitam tueri volumus, necessum penè est, vt efficiamur Christiani, maturo consilio his rebus obuiam ire oportet. Si nostro iudicio standum hic esset, tolerabilis esse diceremus, facultatibus exui, quàm venire in discrimen salutis, quæ sententia si placet, vt liberè nostra lege viuere liceat, authores vnà sumus, vt cum nostris familiis egrediamur: horum sermonibus alij aliud opponebant, nonnulli aliud vrgebant, quòd Christianorum iste feruor, & incrementum non nisi ex Proregis vigilantia promanet, & cum is propediem ex provincia discessurus sit, fieri non posse, vt sibi cõset, ac eodè in flore Christiana fides perseveret. Quamobrem dissimulandum tantisper esse; detrahendumque de suo iure aliquid suadebant, quò facilius in Goa qualicumque conditione rerum agerent, dum ipse in Lusitaniam reuocatus molestia & eos omni sollicitudine liberaret. Tertius tandem assurgit inter eos consecræ vir ætatis, prudens, quem & cæteri reuerbantur, & propter experientiam suspiciebant, spiritus sancto, ni fallor dictante, quod futurum erat præfagiens, longè aliam adhortationem instruit. Non oportet, inquit, in solum Proregem habere defixos animos, neque

Senis Ganzarorum prudens consilium.

neque postulandum est, donec in Lusitaniam reuocetur, sed hoc potius optandum, vt Patres Societatis Iesu discedant, quòd cum certissimum sit, nunquam fore, sed omnè moturos eos lapidem, Christianitas vt propagetur: persuasissimum nobis esse debet, qua apud istum Proregem sunt auctoritate, eandem apud alios obtenturos. Quocirca si meo parebitis consilio, omnes nos Deo commendabimus, & Christi fidem suscipiemus. Cum in hanc rem multa dixisset, & quæ prohibitæ, facilitasque in illa esset, & quàm aperta ratio eorum, quæ docerentur, ad hæc alia multa, quæ nunc scribere supersedebò: ita placuit illis hominis consilium, vt 14. præcipui Ganzari cum famulis suis Christianam fidem ilicò & sequi se velle dicerent, & P. Andream Vazem facerent hæc de re certiore. Accurrit ille ad nos, rem exponit. Aderat cum eo præcipuus quidam ex eorum numero, qui se nostris Patribus reliquorum nomine familiariter offerret. Res statim ad Proregem delata est: qui, dici non potest, vt his nunciis bonis in optimam partem affectus sit. Quoniam autem multis nominibus Prorex diem festum corporis dominici in Collegio nostro transigere, ac cibum sumere nobiscum statuerat, Ganzaros iubet in Collegium nostrum venire, vt animi sui affectum eis declaret, & communicato cum illis negotio, dies baptismatis statueretur. Tantum diuini amoris incendium in cordibus illorum exarserat, vt ad præstitutū diè Proregem allocuturi, eorum 250. cum multis famulis bene mane adessent. Prorex exhilarat⁹ supra modum statuit, vt ipsi se cum Pa. ad S. Ioan. oppidum Dominica die pomeridiano tempore conferrent, se quoque præsto futurum: morabat interim Fratres, vt efficerent, ne quid, cum ipse

Ganzarorum conuersio.

250. baptizari cupiunt.



ipse uenisset, in mora aut imparatum esset: promouerent seigniores quosque, & in Ecclesiam uel campum S. Ioannis deducerent, se eius esse animi, ut ad illos orationē haberet, & in catalogum referrent omnes, qui uel antē promississent, uel tunc se Christianos futuros promitterent. Dominicum hunc diem mira quadam auditate animi omnes operiebamur, ipse maxima freti, non ociofum Dei gratia, neq; sine fructu abiturum. Itaque sic affecti eramus, ut quæuis horæ longissimæ uiderentur. Tandem uenit expectata lux, Pater Prouincialis, Fratres ad se summo mane uocat, & iubet, ut per uicos & plateas euntes cæcos, claudos, &c. in vnum compellant, quotquot denique reperissent, omnibus diceret ex mandato Proregis, ut se ad baptismum compararent. Expressus locus est S. Ioannis, ad quem conuenerent, congregari tamen quidam non potuerunt, multis uenire nolentibus, plerisque hæsitantibus etiam præ nouitate ne temerè se, suamque salutem præcipitent. Vidit illa dies animas plures 400. quæ se Christo tradiderunt oppidò quàm libenter. Sequenti Dominica, quæ proxime B. Ioannis Baptistæ festum antecedit, cum Prorex studiose laborasset, in negotiis suis expediendis, ut ei uespertinis precibus apud nos interesset, liceret, multi eorum, qui superiori Dominica Christianam fidem adhuc non receperant nutantes, aut etiam repudiauertant, poenitentia ducti, sponte sua Proregem medio itinere, quo pergendum erat, cingunt, & salutant. Erant autem plus minus 80. uiri splendide ornati, mulieres 500. omnes alta uoce, iam iam aduentasse clamantes repus, quo ipsos Christianos fieri oporteat. Præibat uia, & uoce uiri, hos maiori etiã ordine, & ac-

*Quadrin-*  
*genti alij*  
*conuersi.*

clamatione mulieres sequebatur, quæ res tristitiã Proregis, quod superiori Dominica non omnes baptismatis sacramento essent abluti, in duplicatam uertit lætitiã. Interim P. Petrus Dalmeida proximis in locis cum esset, totus id agebat, ut uestes sequente Dominica baptizandis necessarias procuraret: qui quod arderet desiderio nouos catechumenos uidentis, acclamationibus tantæ multitudinis excitus, ilicò prodit. Prorex ubi eum uidit, gauisus est, quod tam iucundo spectaculo præsentē haberet: & ad se euocato eius fidei istos cõmisiit. Tradidit quoq; literas regias, quibus eos immunes restabatur, ne tenerentur classi regiarum (ut antè) certos uiros suis stipendijs alere, quod priuilegium Christianorum duntaxat erat. Illo ipso die P. Antonius de Costa pagum illũ uisit, ex quo paucis antè diebus 630. ad baptismum uenerat, cuius aduentus & nouis Christianis magnæ cõsolationi fuit, & quarundã mulierum pijs admonitionibus effecit, ut 9. mulieres cum infantibus conuerterentur, uiris earũ partim inuitis, partim rem, quæ acciderat, ignorantibus. Accidit alia res, quæ ut mirabilis est, ita Dei bonitatem summam docet. Pater quendam quæsiturus abierat, qui promiserat se Christianũ fore, sed casu alium deduxit, illum eundem esse quem quæsierat, arbitratus: qui etsi animo nondum procliui esset ad fidem, tamen ubi domi non stræ esset, Christianum se fieri facile passus est. Iterum exit: ut suum adduceret, sed rursus alter occurrit, qui & ipse baptizandus uenerat: prodijt tertio, quarto, imò quinto, atque idem accidit. Ille ob quæ primò egressus, & cui omnis opera destinata erat, sera nocte ueniens, cõqueri cœpit se salutatum relictum, neque pro se uentum esse: cæte-

cæteris deinde sese adiungēs, & admirationi fuit, & eodem baptifmate ablutus. Die Lunæ subsequente, qui B. Ioannis Bap. natiuitate celebris est, pomeridiano tempore Patriarcha, Melchior Cernerus, & Prouincialis, alijque Patres, ac Fratres ad baptifmum se componunt. adfuit eidem Prorex. Ad locum Baptifmati deftinatum Patriarchæ cū reliquis nostri collegij proficifcētī, duo Brachmanes Christiani obuiam facti, quendam de popularibus fuis mercatorem ad baptifma ducebāt, virum strenuum, & diurnem, holoserica veste, & torque aureo è collo dependente conspicuum, & hoc splendore, ad baptifmum ad quod iam diu anhelaauerat, venit. Ducētī quinquaginta Ganzari in hoc baptifmo, quod nobilitate, & opibus excellent, vestibus cultioribus indigerent, neque tam breui temporis spatio earum copiam habere facile efferet, baptizandi superfuerunt. Ad alios Pater Petrus Dalmeida Elephantum misit vestibus onustum. Ipse autem Gox remanens, alijs vestiendis operam dabat, trecentosque numero floribus & corollis capitibus impositis laticos & alacres, vt se reliquis adiuñgerent, in Ecclesiam D. Ioannis deduci curauit, quo incredibilis hominū multitudo confluit; & quamuis in baptizādo ad noctem vsque laboratum sit, non tamen plures quingentis septuaginta quatuor abluti sunt, reliquis in proximum baptifma reiectis. Tanta est modò in conuertendis hominibus facilitas, vt aliud relictum nihil videatur, quam vt per vias repti in Collegium deducantur. Quod multo ante diabolum præuidisse certum est, perditurū scilicet se animas quas in insula plurimas possidebat, & à quibus tanta reuerentia colebatur. Nam vt Ganzari isti, planè homines sincera fide, si qui

*Nobiles baptizandi.*

*Elephas vestibus baptizandorum onustus.*

*374. baptizati. Compellit dominus facilitate magna intrare.*

*Dæmonis de d. Ioāne*

alij, referunt iam dudum idolum suum in hæc verba prorupisse. Hic Diuus, quem beatum Ioan nem nuncupatis, in meo templo nunc habitans, vbi prius ipse colebar, maior me est, mihi nihilominus affinitate coniunctissimus, cui vt breui cedam necessum est, & in continentem commigrandum erit.

Tertio Calen. Iulij B. Petri & Pauli Apostolorum natalitiis 240. baptizauimus. Sexto Non. Iulij, quò die Visitationis beatissimæ Virginis mysterium recolitur, P. Iosephus Riberus in xenodochio, cui à misericordia nomen, Brachmanum quendam primatem cum vxore baptizauit, Prorege non solum præsentem, verumetiam suscipiente. Hic dum adhuc in lege, & erroribus suis viueret, ægrotis præsto erat, perinde ac si Christianus, & è nostris aliquis extitisset. Vbi fidem & baptifmum accepit, affirmabat duas præcipuè causas habuisse se, quamobrem è nostris esse cuperet, imprimis quòd tanto amore, ac diligentia charitatis officia Christianos exequi videret: alterum erat quòd cum incideret in lectionem nostrorum authorum, & religionis nostræ puritatem, & suæ legis tenebras, ac falsitates quantè essent, velut collatis ex cõtrario rebus aduertebat. Idibus Iulij aliud baptifma institutum est quadringentorum hominum.

Die quadam ethnicorum vnus cum filiis ad baptifmum veniens, grande onus gestabat vestimentorum, carimonis autem in longum tēpus excumētibus onus deponere cupiebat: circūferens igitur oculos, cum hinc nobiles, inde Proregem cum Patre Patriarcha, iuxta fontem baptifmatis sedentes, ac tertiam templi partem catechumenis baptizādis assignatam cerneret, arbitratus est nõ

*testimonium nõ sine mō-  
dacio. Simi-  
liter tēpo-  
re primiti-  
uæ Eccle-  
siæ sepe e-  
uenit, ut in  
præfatione  
videre est.  
240. bapti-  
zati.*

*Christianæ  
legis puri-  
tas ethni-  
cis perspi-  
cua.*

*400. bapti-*

*se ia*

*Proregis  
humanitas.*

se in tutiore loco vestes collocare posse, quam si illas Proregi committeret: ipsum igitur adit, rogat, vt vestes diligenter seruet, dum baptizatur, & cum dicto ad pedes eius sarcinam deponit: quod libèter hilarique vultu Prorex se facturum recepit. Lusitanus autem quidam sarcinam conspicatus, tanquam quæ impedimento Domino suo esset, actæ rei ignarus, statim accurrit, ac sarcinam vt auferat, ex eo loco, inuadit, sed à Prorege vetitus est, dicente à catechumenorum quodam se rogatum, vt curam eius haberet, quæ verba circumfusam plebem, & recrearunt plurimum, & raram in illo benignitatem, ac singularè in Christianos beneuolentiã apertè declarauit.

Felicissimè succedentibus ad eum modum omnibus rebus, vir quidam illustris, Societatis & salutis animarum studiosissim<sup>9</sup> tertio ab hoc baptismatis die in collegiũ venit, renunciãns plurimos se in prædio quodam ethnicos habere, ad fidem amplectendam benè paratos, tantum opus esse nonnullis Patribus, qui se in tanta colligenda messe iuuarent. Impetrat non difficulter. Circa vesperum ducentos homines latos, & cum palmarum ramusculis, ac fiondibus in collegium adesse videmus, eos alij mox plures subsequenti sunt. Omnium numerus, adiuñctis illis qui domibus custodiendis relicti erant, trecentos quadraginta continebat.

Consequenti die vnus è nostris in oppido, vbi templum matris Dei nomine consecratum visitur, doctrinam Chiuistianam prælegere solitus, Præfectum eiusdem loci, quem illi sua lingua Tanadar appellant, admonuit, vt amore B. virginis Mariæ cum Ethnicis ita ageret, si posset, vt cultu idolorum repudiato, omnes fidem nostram com-  
plect-

*Tanadar  
quid.*

*240. bapt.*

plecteretur. Ille se facturum spondit, & ethnicis illius oppidi ad se vocatis, ipse viros, vxor mulieres, lætitia singulari excipiebant. Caterum Deo Domino nostro placuit tantum illis gratiã lagiri, nullus vt esset, qui non Christianus fieret. Hoc primum oppidum fuit, quod fidem Christianam vniuersum suscepit, cuius sanè beneficij primas laudes, & gratias virgini Mariæ deberi secundum Christum, nemo inficias iuerit. Cum enim propè illud oppidum templum sit in eius honorem Deo consecratum, omnino credibile est, eam huic populo tantum munus à Christo filio suo impetrauisse. Prorex omni illa hebdomada laborauit, quãtum potuit, vt maximam partem eorum quibus Reipub. gubernacula commissa erant, ad fidem pertraheret, vt ex iis solenne aliquod baptisma in Ecclesia B. Thomæ quam Goæ magnificentissimè extruxit, institueret. Collegit igitur 100. præcipuos ciues, & ad Collegium misit Dominica proximè sequente, quæ baptismati eorũ assignata erat. Prorex simul oēs in Ecclesiã D. Thomæ, & campũ vicinũ traduxit. Hora autè à meridie 2. Præfectus oppidi Matris Dei cū suis catechumenis, hoc, quo dicã, ordine Collegiũ versus iter facit. Catechumenorũ vnus præ reliquis splèdide ornatus regiũ vexillum varij coloris ex florulento serico, intextum auro, edita manu portabat, circũ hunc vndiq; tubæ, & tympana resonabãt, hinc pueri sic ibant, vt in geminam aciem distributi viderentur, qui carulei, & rubei coloris sagulis ornati, cereis accensis vexillum proximè sequebãtur, post hos reliquũ vulgus, deinde confectæ ætatis hoies, & præ cæteris illustres vndulato serico, & cultu nõ minus splèdido, q̃ vario induti, & plurimi ex his torquibus

*Integra el  
uitas Chri  
stianũ dog  
ma amplec  
titur.*

*Proregis di  
ligentia in  
colligendis  
centu præ  
cipuis club  
bus.*

*Alia cate  
ua trium  
phas Chri  
stũ ambit.*

auris, argenteisque armillis insignes. Postremum tenebant locum mulieres pueros in sinibus amplexæ: erantque cum eis puellæ cultæ molibus, annulis, ac zohis alioque ornatu, summa arte, & precio. Tota autem cetera coronas virides in capite, in manibus candelas ferens, miram tam iucundo spectaculo voluptatem, pietatēque in hominū animis excitabat. Vbi ad fores Collegij ventum est, quod Prorex commodum inde ad sancti Thomæ iam discesserat, illic vniuersam multitudinem eo, qui iam dictus est, modo deduci iubemus. Vix horæ spatium intercessit, ecce noua nostro è Collegio catechumenorum phalanx quadringentorum probè instructa, Christianorum vexillo præeunte, tubisq; clangentibus egreditur, quos sex elephantes precedunt & iter venientibus aperiunt. Postmodum Anticim sibus coniunctis, & aliis quos Prorex eò deduxerat omnis illa coacta manus in duas classes, pulchro ordine, distributa, per amplissimum illum campum qui ad D. Thomæ est, virentem & ætenuum (eò quod hybernum tempus, & serena admodum cœli facies esset) & ad tale quippiam idoneum se diffundit. Cærimoniarum mox fieri coeptæ sunt, tubæ, tympana, aliæque id generis instrumenta lætitię signis æditis consequuntur. Collegij nostri pueri hymnos & psalmos modulatè canunt, nobiles nunc currere, nunc equos sistere, nunc in gyrum eos agere, tormēta plurima Proregis iussu dissoluta, immensum mugitum edere, tanta lætitia, & exultatione bonorum, quanta in conuersione tam numerosæ turbæ terribiorum dæmonum tristitia esse debuit. Opere perfecto, tardis ardentibus domum omnes redeunt, pueris nostris psalmos in honorem sanctissimæ

Trini-

Trinitatis decantantibus, quod tanta istos dignata fuerat misericordia. Fuit eorum qui baptizati sunt, numerus septingentorū quinquaginta duorum, præter ducentos, qui etsi idem vehementer optarent, tamen ex causa quadam baptizari eo tempore non potuerunt, qui nihilominus post triuū sacris vndis abluti sunt.

Die lunæ subsequenti, qui B. Magdalenzæ sacer erat, Pater Antonius Costanus in templo nostro quadraginta circiter pueros parentibus orbatos baptizauit. Quinto Calendas Augusti Dominica die in Collegio nostro magna pompa, & apparatu baptismi aliud septingentorum & quinque institutum est, & nonnullos in Ecclesia, alios in Collegij septis baptizauimus, Prorege in medio ipsorum constituto, & vniuersos ad agendas Deo, ob acceptum beneficium gratias, excitante.

Hoc eodem tempore Societatis Patres, rem maximi momenti apud Proregem tractarunt, de duabus nimirum insulis è regione huius adiacentibus ad fidem inducendis, quarū altera Dinar, altera Ciora nomen habet. Nō exigua huic perficiendæ rei sese difficultas offerebat, quod scilicet harum insularum incolæ Brachmanes vt plurimum essent, non tam opibus, & mercibus opulenti, quàm cærimoniarum suarum obseruatores seuerissimi: hi populo persuadebant id vnum ferè semper, ne paterentur venerationē, cultūque idolorum sibi per nostros auferri.

Contra hunc obicem tria potissimum spem aliquam ostendebant: primum quod illi videntes tam multos in insula Goensi Christianos fieri, iam penè sibi persuadebant, non debere se plus alijs sapere, prohibebat tamen inutilis pudor ac, vltro se offerrent, quod ea res ignominiz

Q iij

cis

952. bapt.

Baptismus  
40. puero-  
rum.Baptismus  
705.Dinar in-  
sula.  
Cioram in  
sula.

Alia phalanx catechumenorum.

Sex elephantes baptismos præcedunt.

Hyeme uirorum et a-macinitas.

eis notam apud affines in continēte habitantes inureret sempiternam. Alterum erat non minus oportunum: paucis enim antē diebus Brachmanes Insulæ Dinaræ cum viderent sibi omnes cærimonias & pompas in insula prohiberi, per editum Proregis (hęc namque insulæ Lusitanis subditæ sunt) oppidi cuiusdam primarij viri nocte quadam, ne quid Goenses rescisferent, 20. pueros nauigio impositos, dona ferentes ad continētem deduci fecerant, vt insulanorum omnium nomi ne festiuitati cuiusdam idoli Ganisso dicti, interessent, nam hos ludos semel quotannis exercent. Sed operæ precium hęc videtur, antequam in cœpta narratione progrediar, vt quisnam hic Deus Ganisso sit, quem tanta veneratione gentiles colunt, paucis perstringam, quòd vel hinc istorum cęcitas, & ignorantia quàm detestanda, & deploranda sit, intelligi possit. Postteritati tradiderunt vtuatissimi illorum vates, primis illis hominibus Adamo & Eua matrimonio copulatis, antequam liberos procrearent, aut alius quispiam in mundo existeret, casu quodam accidisse, vt Adamo domum exire necesse esset. Eua interim nescio quibus occupationibus detenta, in eis expediendis ad sudorem vsq; laboraret, quæ mox sudore madēs, abstergere tā à capite, quàm à brachijs cum cępit, ex quo ad manus desuēte de repente ridiculū quiddam, sed vt illi putant diuinum, ac præclarum opus apparuit: nā ex sudore perfectæ staturæ vir natus est. Adamus domum reuersus, & cum vxore vitum alium conspicatus, quē antea nec viderat, nec nouerat: ira percitus, arrepto ense hominē obruncat: mirata Eua viri sui furorem, ac temeritatē, facti illū arguere cępit, hominem illum manuū suarū sudore procreatum affirmās.

Adamus

Adamus autem interempti filij iacturam sarcire volens, cum caput iam vita destitutum aspiceret, festinans abiit, bestia quæsiturus, cuius caput abscissum trūco filij Eux applicaret: mox elephāte fortē occurrenti præscidit caput, quod trūco con nexum, redit ad vitam, atque in eum modū Elephantinū caput cū lōga proboscide vir iste habuit & nomen accepit Ganisso, cuius Idolū eo etiam modo formant, & iam Brachmanes venerantur, inter quos plurimi ex eius nomine vocantur. Iam verò vt ad id vnde digressi sumus, redeam⁹: pueris magno silentio nauigātibus, ne fortē prætereuntes quis audiret, Præfectum tamen Lusitanorum latere non potuerunt: qui licet bonam peniē summam ab iis, si dimitteret immunes, accipere possēt, noluit tamē officio suo hac in parte deesse, sed ad Proregem deduxit: quos ille vinciri præcepit. Pueri ipsi post dies aliquot, vt debitam poenam effugere valerēt, Proregi renūciant velle se Christianos fieri, atq; petere, in nostrum Collegiū, vt ad necessaria perdiscēda mittantur, quod ille libentissimo animo fecit. Ea res vbi primū à parētibus eorū in insula Dinara audita est, facili suspicati sunt fore, vt se nostris legibus subderent. Tertium fuit, ex quo constare potest, horum conuersionem ad magnam Dei gloriam suauiter horum salutem operātis spectare. Nam cum Brachmanes rogarent Patrem, vt pro vxoribus suis aliquos mitterēt, quæ se Christianas fieri velle dicebāt: eo aliquos ablegauit, qui nonnullos primarios Brachmanes obuios habuerūt, eorū puerorū qui ad nos deducti erāt parētes, & affines dicētes: quorsum tā cōtinua, & lōga quadā molestia affigimur, dies constitutatur, quo simul omnes deducamur, ne vn⁹ ob alterū pudore suffu

Miranda  
Brachma  
nū ad fidē  
facilitas.

Q. iij. lus

sus hæreat : sic fiet vt vestro omnium desiderio, quo tenemini vniuersæ gentis conuertendæ abundè satisfiat. Qui tam inopinato nuncio accepto, nos ilicò diuinæ maiestati hoc tantum negotium commedamus, multaque sacrificia missarum peragimus, & preces assiduas fundimus. Die veneris 2. Cal. Augusti, aliquot Patres & Fratres nostri eo properant, interim alij in sacello B. Virginis è regione Insulæ Dinaræ celebrant, & quam possunt ardentissimè beatam Virginem omnes deprecantur, vt Insulæ opem ferre velit, in qua oppidum iam totum filio suo nomen dedisset. Per Insulam mox discucritur passim à nostris, quæ eo loco & dignitate apud Brachmanes, quo apud nos terra sancta est. Vniuersa idolis dicata est, quorum plurima etiam ante Lusitanorum aduentum, delubra fuerunt. Denique Ethnicorum Dinar instar Romæ erat, ad quam è variis mundi huiuscæ partibus peregrinationis ergo confluabant, arbitantes eos, qui ad istam insulam venissent, delictorum omnium expiationem promereri. In comitatu nostrorum erat Præfectus castri Danseimini, quem ex composito secum adduxerant, quod in illorum patrio sermone exercitatusissimum haberetur, adhæc primatibus amicissimus: tum etiam quòd rationem probè calleret, qua petrahi facillè possent. Die præcedenti quam illi hanc prædam inuaderent, Pater Franciscus Rhodericus ab altera parte cum aliis sex Fratribus in Cioram profectus erat: quam ob rem in maxima expectatione ciues Goenses versabantur ob cœptum negotium, cuius præclarum exitum sperabant. Accidit autem vt eodem ferè momento in hac insula Patres & Fratres diligenter in hanc rem incumberent, quo illi

insulam

insulam circuibant, & Brachmanarum domos inuisebant, pro se quisque sedulo cohortans omnes, ac dicens iam adesse tēpus acceptabile, dies salutis à diuina prouidentia ad conuersionem illorum præfinitus, quamobrem non diutius illis procrastinandum, præsertim cum videant se à Fratribus tam studiosè quæri. Infinita Dei bonitate factum esse credo, quæ tam benignè operata est, effusa benedictione dulcedinis suæ, vt ea dies innumerabilem penè hominum multitudinem ad idolorum insano cultu, & ad agnitionē sui Creatoris conuersam videret, tantâ facilitate, vt nulla alia re opus esse videretur, quam vt ipsos conuocarem, & ad collegium nostrum ducerem, Nec arbitreris velim humilis conditionis esse homines Brachmanes istos, acris sunt ingenio præditi, nec Lusitani sermonis ignari, honoris auidissimi, formosi, corpore bene instituto, alijs deniq; bonis, & donis laude digni affluētēs.

In vtraque insula templum erat in honorem B. Virginis dicatum, huc præceptum est omnibus vt se colligerent viri, mulieres, atque omne promiscuum vulgus, tum vt eorum nomina in catalogum Fratres referrent: tum vt de numero eorum constare posset, & ad baptisma necessarias vestes haberi, nominibus omnium scriptis. Capillos ilicò Brachmanes sibi præscindunt, quorum à pueritia præcipuam curam gerunt: criminas patrias proculcant, funiculos triplices, quos magna cum superstitione ex collo gerunt, confraetos abiciunt, & è Fratrum manibus, quod illis sua lege sacrilegium est, cibum capiant libenter. His peractis, domum quisque suam reuersus est, diem baptismatis expectaturus. Hoc Goam perlato nuncio, vtræque scilicet Insulam Christi

Innumera-  
bilis turba  
cōuertitur

Superstitio-  
num con-  
temptus.

Iugo

Gentilium  
terra san-  
cta

Dinar.  
Peregrina-  
tiones.  
Venia pec-  
catorum a  
pud genti-  
tes.

iugo colla submississe, quod audissimo animo expectabatur: credo facile coniecturam capere potestis charissimi, quanta fuerit totius Collegij in Domino exultatio. Prorex certè exhilaratus est, supra quàm dici possit, ad quem ut magna huius negotij pars spectabat, ita cum primum Patrem Franciscū Rodericum ex Ciora, quò profectus erat, reuersum intellexit, eum ad se vocat, & per eundem P. Prouinciali nunciari mādāt, ut magnā serici panni copiam cōparet, ut coloris, ita aspectus, ac precij diuersi ad Brachmanes vestiendos. Tanta autem erat in his conficiendis festinatio, ut duo Fratres necesse haberent in aula quadam cum 100. factoribus die, noctuq; permanere, ut interim omittam, quod multi sibi vestes propriis in domibus confecerunt, Priusquam Brachmanes baptizarentur, ipsi primarij Goam ad Proregem salutandum venerūt, quos ille magna alacritate excepit, tantisque officijs profectus est, ac beneficijs deuinxit, ut illorum etiā expectationem superārit. Digressi ab eo in Collegium ad Patres salutandos rectā tendunt, Patri Prouincialis se totos offerunt, & filios, familiamq; omnem tanquam alumnos Collegij in nostrorū manus consecrant: quos tanquam novos hospites, quāmaxima potuimus charitate, latitiaque excepimus. Post quintum diem Pater Prouincialis ad illos visendos profectus, antequam ad Dinaram appulisset, quadringenti illi obuiam exierunt, qui videndi eius audissimī cum essent, neque eum noscere prae confusa multitudine possent, factum est eo volente, ut in duos ordines distributi, qua in Ecclesiam Beatæ Virginis in vertice montis positæ via ducit, bini accederent, & magna alacritate ipsum com-

100. Sarto  
res vestes  
conficiunt  
baptizan-  
dis.

Brachma-  
num erga  
Prouincia  
te beneuo-  
lentia.

plecterentur: hac omnes ratione in Ecclesiam vique illum comitati sunt. Post suas preces sedere omnibus iussit, illorum vnus exurgit, qui ut erat Lusitani idiomatis præ cæteris callentissimus, omnium nomine verba facere cœpit, quibus & D E O Domino nostro ob acceptum beneficium gratias in primis agebat, & apud Prouincialem magnis precibus instabat, ne filios suos desereret, sed aliquos de Societate illis concederet, qui ipsos in fide Christiana instruerēt: quod genus beneficij cum pluribus alijs impēdissent, non iniquè petere, nunc sibi id quoque concedi. Quorum sententiam vbi intellexit Pater, plurimum in Domino laratus, non solum benignè operam nostrorum pollicitus est, verum etiam habuit ad illos orationem. Post hos surgit senex quidam de Brachmanum genere, qui iam triginta annis vel 40. Beatæ Virgini illo in templo sedulo ethnicus seruebat, festis diebus templum ornabat, & pauimentum purgabat, hic Patrem rogare cœpit ob Dei amorem, ne sibi illius templi cura auferretur, quòd illi multò diligentius seruire statuisset Christi sacris imbutus, quam antea fecerat vnquam. Potissima via nobis à Deo monstrata Christianismi augendi illa videtur esse, de qua paulò antè mentionem fecimus: ut Fratres vicina oppida Dominicis diebus circueant, & doctrinam Christianam oppidanos doceant. Quamobrem cum septimo Calend. Iulij Frater noster Martinus de Sylua cum alio quodam Fratre Battorum oppidum sibi commissum visiteret, in qua templum est Beatæ Virginis de Guadalupa, Dei infinita bonitate, ac misericordia factum est, ut primatibus illius loci sanctam fidem persuaderet, quos faciles ad eo inuenit, ut omni-

Solicitudō  
parentum  
ethnicorū  
pro filijs.

Gentilis tē  
plo christi-  
anorū stu-  
diose præ-  
est.

40. *Battē-  
ses prima  
tes fidē sus-  
cipiunt.*

*Goa uetus  
fidei lumi-  
ne illustra-  
tur.*

*Alie ciui-  
tates con-  
uertuntur.  
Naora ci-  
uitas.*

omnibus optimatibus illius loci ad fidem per-  
actis, & circa uesperum eò redeunte quadragin-  
ta ex eis, qui præcipuæ dignitatis erant, ac om-  
nium nomine missi Proregem, & Episcopum, ac  
Patres adirent, ac fidē, & baptismum peterēt: ac-  
cidit post hæc eodē die, qui Insularum conuersionē  
proximē secutus est, in ciuitatibus, & vicinis op-  
pidis famam percrebuisse, Brachmanes ( quibus  
Ethnici plurimum tribuebant ) ad fidem Christi  
cōuersos esse: quibus rumoribus exciti Goę veteris  
homines (quod oppidū in promontorio huius  
insulæ positum est) cum iam ad fidem alioqui  
procliuēs essent, multo omniū maximē eius am-  
plectendæ auidi facti sunt: uenit ergo uir quidam  
nobilis hæc nobis nunciāns, obnixque P. Prouin-  
cīalem rogans, ut illuc ē nostris aliquos mitteret.  
P. Emanuel cum Tefceira ueniunt in oppidum,  
Ganzaros, & alios primates adeunt, causam ex-  
primunt: sui aduētus, nempe ut intelligerēt qua-  
nam die baptizari uellet: ut in catalogum refer-  
rentur, optimūq; futurum, si ad Proregem uenirent,  
& cum de sua conuersione certiores facerent:  
quod negotium sic Dominus expeditum reddit, ut ad  
eos omnes excitandos, & iussa perficienda desi-  
derari nihil uideretur. Quo die Pater Emanuel  
Goam ueterem sese contulit, ecce ad Præpositum  
Prouincīalem à Ganzaris duorū præcipuorum  
oppidorum istius insulæ Goenis (alterum Naora  
magna, alterum Naora parua dicitur) noua legatio  
uenit, quæ ciues ad sequēdum Christum paratissimos  
esse declamabat. Insuper se ad Proregem uenire,  
optare etiam non mediocriter à Patribus Goam  
deduci. Igitur nostrum Collegium cum vacuum  
esset Fratribus, quod alij Goam ueterem, alij in  
Insulas præte-  
mora-

moratas, permulti ad B. Virginem de Guadalu-  
pa profecti essent: alij in paradisi uestibus occu-  
parentur: necesse fuit P. Iosephum Riberium col-  
legij ministrum, licet occupatissimum, eò pro-  
ficisci. Ille sequenti die redit, prima nempe Au-  
gusti, & 70. ex primatibus adducit, palmis, & frō-  
dibus insigniter ornatos, tubis clangentibus, &  
alijs Musicis instrumentis: quibus cum iam Col-  
legio imminerent, iuerunt obuij qui reliqui erāt  
ex nostris, excipiunt & complectuntur, atq; ma-  
xima lætitiā, quam ex illorum conuersione ceperant,  
signa ostendunt. Postmodum inde ad regium  
palatium deducti sunt, quorum præsentia Prorex  
incredibiliter recreatus, cum aliquanto tempore  
eorum præcipuos humanē, & familiariter tractasset,  
omnes domum nostram misit. Hac illa ipsa die qua  
P. Iosephus Riberus domum redijt, hoc quo iam dictum  
est comitatu, à prædio in Collegio nostro, qui  
fabris, & latomis per totam Insulam præfecti  
erant, cum suis omnibus uuo baptismate abluti  
sunt. Hos numero 150. Frater noster Antonius  
Diaz qui fabris in hoc collegio præerat, bona ex  
parte ad fidem pijs adhortationibus allexit.  
Baptismati interfuerunt P. Patriarcha, Episcopus  
Maluccensis, Prorex qui nunquam nō ferē adest,  
ac nobiles, aulicique præterea plurimi. Post  
triduum pridie Non. Augusti die Dominico  
matutino tempore germanū Theodosij de Bragança  
primarium insulæ uirum baptizauimus: ueniebat  
hic 8. aut 10. equitibus comitatus: uxor rheda  
uehebatur, cui duæ nobiles Lusitanæ aderant,  
ad officium coniunctæ, tres filij Patrem  
sequebantur ( ut Principum mos est ) scutulatis  
uestibus ornati. Prorex apud nos missæ sacrificio  
interfuit, & eudē de sacro baptis-  
matio

*Fabri 150.  
baptiz.*

*Brachma-  
num caput  
baptizatur.*



matris fonte suscepit. Prodeuntem à Baptismate magna. caterua Lusitanorum nobilium domū vsque suam honorificè comitata est. Vsu venit ob tam multiplicem numerum summi, infimiq; ordinis hominū tam in Insulis, quàm in ipsa Goa ad fidem accedētum, vt quoniā baptismati sufficere vix licebat, philosophiæ, & humaniores literæ ad tempus intermitterentur, omnibus in Collegio occupatis, vel in docenda fide, vel in præparandis ijs, quæ baptismati necessaria putabantur. Datus enim fuerat campus in exercenda charitate vt amplissimus, ita de proximis bene merendi perquam idoneus.

P. Antonio de Costa in Dinaram tendenti, Brachmanes spontè occurrerant, nullum non officij, & obsequij genus exhibentes. Horum vxores honestæ matronæ sunt, & à natura miram quandam modestiam insitam habent, quam auget educatio, & mos patriæ: maritis sic per omnia obtemperant, ac si vilissima mancipia, non consortes thalami essent. In more positū habent, dum ethnice viuunt, priori marito mortuo, quantumuis iuuenulæ sint, alteri non nubere, nec indumētis exquisitis coloribus infectis vestiri, & caput perpetuò radere, imò (priusquam edicto Regio vetitum esset) vnà cum maritorum cadaueribus sese concremandis tradere. Brachmanum filij acutissimo sunt ingenio, & formosi: vbi Christiani facti sunt, nobiscum familiariter admodū versantur, & rationem nostræ fidei citissimè addiscūt. Dum nostri Insulam interiorē ingressi, singula diligenter inquirunt, in senem centenario maiorem, cum vxore & liberis agentem incidunt, rogant num Christianus esse velit, mox ille nostris hilari vultu velle se respondit: in campum

*S u d i a l i t e  
r a r u m i n  
t e r r u m p ū t  
b a p t i z a d i.*

*M u l l e r u m  
e r g a m a r i  
t o s o b s e  
q u u m.*

*V i d u e m a  
r i t o m o r t u o  
m a r i t o.  
C r e m a t s e  
s e v i d u e  
c ū m a r i t i  
c a d a u e r e.*

pum igitur cum omni coetu suorum transfuectus, & alijs Catechumenis adiunctus Christo nomen dedit. Huic cum fortè diceretur, ob receptum baptismum & meritum crucis filij DEI futurum, vt post mortem multò nobiliorē vitam, quàm quouis terrenorum principum acturus esset, cum quippe in paradiso æternam gloriam consequuturum: ita exhilaratus ea pollicitatione fuit, vt tremulis manibus sublatis in cœlum; inclamarēt proprio idiomate. Tu scis Domine Deus ob tuum tantum honorem me Christianum fieri.

Sexto Id. Aug. licet varijs occupationibus detineremur, constitutū nihilominus est, in Insula Ciora baptismum celebrari. Adfuerūt ei P. Patriarcha, P. Præpositus Prouincialis, & Prorex à prædio cū alicis sequutus, præcipuos quoq; in baptismate suscepit, quos etiā pro suo perpetuo more gaudens, & alacri animo deducebat ad fontem. Quibus aut̄ multos illo die baptizauimus, tamē in sequentē diē multi etiā reseruati sunt, quos cū alijs qui per catechesin satis erāt parati, baptismatis sacramento illustrauimus. Numerus omnium ex sola insula Ciora renatorum fuit 1207. iā maior pars eius Christiana est.

Septimo ab hoc baptismum die in Insula Dinara nō tam propter festum Assumptionis, quod eodie fuit, quàm quod in eius honorem primum templum in Insula ab Alphonso Albuquerque hic exedificata esset, baptismum solēne fatis institutū est. Templum ipsum multis trophæis, vexillis tapetisq; pro more ornatū fuit. Patriarcha cū reliquis nostris ex Ciora, Prorex itē cū suis adfuerūt. adauctę machinę tormetada; bellicæ, quæ in baptizarentur, orationem ad illos insignē habuit,

qua

*Notāda no  
ui Christiā  
ni fides.*

1207. Ba-  
ptizati in  
Ciora.

qua summam suam lætitiã significauit ob illorum salutem, seq̃e non tam verbis, quàm re ipsa omne humanitatis, & auxiliij genus declaraturum: quæ res magnopere certè catechumenos cum Principis tantã clementiam cernerent, recreauit. Sub finem quærebat Prorex, num aliquis eorum esset, qui aut non libenter baptismũ susciperet, aut fortassis adhuc ambiguus de perseuerantia hereret: nam se ea esse voluntate, vt eidẽ liberè discedendi potestatem huiusmodi facturus sit. Cui seniores, & Insulæ primates responderũt, libenter se Christianos fieri, ac Deum nostrum esse, qui idololatricæ caligine depulsa, fidei lumẽ obtulisset: seq̃; nõ ignorare Dominum Proregẽ secundum Deum sibi patris loco futurũ. Quod vt amplius, & vberius omnibus, qui tum aderat, constaret, summa voluntate eorum fieri, & scrupulus nullus superesset, quemque sigillatim interrogari voluit: num spontè, ac ex animo baptizaretur: vno omnes ore acclamãrũt, libentissimè; neque se negaturos, quod antè spopõdissent, neque exigui momenti æstimaturos id, in quo salus cuiusque tota versaretur. Quamobrem omnium aperta voluntate, tandem baptizare cœpimus tormentorũ clangentibus tubis, & id genus musicis instrumentis longè ac latè personantibus. 1585. eo die in insula Dinara baptizauimus: 80. pueros excipio, in continentem à parētibus missos, qui reuocati, postea & baptismi sacramento initiati sunt. Octauo Calen. Sept. qui B. Ludouico Gallorum Regi consecratus erat, curauit P. Provincialis baptizari totum Batorum oppidum, quod quia longè à Goa positum, & B. Virginis de Guadalupa templum habet, ibidem baptismum celebratũ est, ne si catechumeni, quorũ maxima

1585. Dinaraenses abluuntur. Batorum oppidũ baptizatur.

copia

topia nunciabatur, essent Goã deducendi, à quotidianis operibus distraherentur. Prædie autem baptismatis ad vesperum, qua alacritate ij Christianam fidem susceperint, cognoscite. Martinus Syluius Frater noster principem oppidi virũ Osondocomotimum nomine, fortè allocutus erat, vt populum in ordinem cogret: necesse enim, inquit, fore, vt cras mane sub auroram in promptu, & ad manum sint, ne imparati ad Proregis aduẽtum inueniantur: neque nox hæc (addebat) somnium villo modo desiderat. Ille se facturum omnia promissit, quod facile ei fuit, baptismatis enim desiderio omnes ardebant. Nocte igitur mediã Osondocomotimus ducentis comitatus viris, mulieribusque & puellis sibi consanguinitate iunctis, probè, splendideque indutis, etiam gemis, auroque ornatis, adest: hos præcedebant armati 30. nihil habens prius, quàm officio nõ deesse, hora quamuis intempesta. Prorex infirma quamuis valetudine, pro suo tamen affectu pietatis lætica vestus cum Episcopo Malaccensi, Patri Provinciali, & pluribus alijs adesse dignatus est. Hoc baptismum, vt ex præcipuis vnũ fuit, ita magno gaudio celebratum est.

Hominum quoddam genus in hoc oppido agit, quos Ciararos sua lingua vocant: hi bellicosissimi sunt, & ingeniosi atq; indole quàm Brachmanes multò meliore, atque acutiore: quorum conuersio, quæ in hoc tempus incidit, summæ omnibus voluptati fuit, quod magno in precio sunt, & existimatione, præclarisque naturæ muneribus ornati. Apud hos fuerunt Patres duo religiosi, non tam ad instruendum, conseruandumque eos in fide, quàm vt Goæ veteris, item Naoræ vtiusque, aliorumque locorũ homines congregarēt.

R

Tanta

Osondocomotimus.

200. ad baptismum. læti veniunt.

30. armati præcedũt.

Ciararibet licosissimi, & ingeniosiores Brachmanis nomen Christiano dant.

Goã vetus Naora.

2220. *hap-  
tizantur.*

Tanta autem fuit multitudo, vt iam inde ab 8. Calend. Augusti, quo baptizandi negotium ceptum est, vique ad quartum Idus Sept. 2220. homines baptizati sint: ne dicam interim, quod singulis diebus mensis Augusti præter iam numeratos, modò 10. modò 20. interdum 40. nonnullam etiam 50. nomina Christo dederunt, qui communia baptismata expectare non poterant. Omnium autem numerum si iniri placet: his privatis baptismatibus ablatorum 266. Præter hos pridie decollationis B. Ioannis Bapt. 372. catalogum obtulit dux Passosicci castri, quod Lusitanorum est, & in ea parte, qua in continetem iter est, positum, quo omnes, quòd Naiques essent viri ad bella nati, & strenui, & in præsidium illius arcis relictæ, magnoperè Prorex sæpè optauerat, nostræ fidei mysteriis initiari, sperans eos in bellicis necessitatibus I usitanis maximo auxilio futuros.

*Ballasteri-  
num.*

P. Melchior Figheredo interim ex Ballasterino, in quo D. Iacobi templum est, reuersus, vbi homines Christiana imbueret doctrina, asserebat Deum Dominum nostrum Tanadariam viuere iam ad Christianam fidem accessisse, ac de 140. se compertum habere, illosque ad quauis euocationem ilicò adfore. Dum hæc narrat, istorum cognati, qui debebant in continente, ea ipsa nocte ad parietum catechumenorum ianuas Goam veniunt, dicentes se Christianos esse velle, & tam magni boni participes fieri: qui vnum in locum congregati conuersionis festum celebrarunt.

*Tanadaria  
ad fidem ac-  
cedit.*

Decimo Calen. Septemb. classe instructa post Proregis discessionem in Iasanapatan, Passosicenses, & Ballastermicenses sacro baptismate abluti sunt 772. numero. Baptismati Patriarcha interfuit cum Episcopo Malaccensi, canonicis, vniuer-

uniuerso ciuitatis clero Goensi præfecto & nobilium multitudine. Circa hoc tempus pater Andreas Vazeus nūciauit Ganzarorum primarium oppidi Carambolini ad se patres vocare, sexcentos esse, qui, nihil aliud expectantes, quam sanctum baptismum per Dei amorem obtestarentur, ne amplius rem differre, & illorum obliuisci velimus. Pudebat iam enim illos Ethnico capitibus tegumento, in conspectum parentum Christianorum venire: verum cum plurimi alij Ganzari primates reliqui essent, tam multis necessitatibus vix bene satisfacere licebat. Nam quamuis simul omnes huius collegij in hoc conuersionis opere non essent non intentissimi, & labores plurimos ferrent: tamen tam frequentibus variisque occupationibus emergentibus nemini nostrum erat tantum otij relictum, vt naturæ necessitatibus satisfacere posset. Vnde sæpè euenire visum est ex omnibus nostris qui Goæ magno numero habitant, duo tantum aut tres vel vt plurimum 4. in cornaculum conueniant, ne alia re quàm aduersa valetudine, ne ipsi quoque ad opus egrediantur, impediti. Cùm antea vix per urbem ambulare liceret, quin in Turbantes, & Cabaia plurimas incideres: nunc infinita Dei bonitate ob frequentes conuersiones factum est, vt vix alicuius cernendæ potestas superstit: aut si quos adhuc Ethnici ambulantes videmus, ira deiecto animo sunt, vt oculos vix attollere audeant, quanquàm & eorum maxima pars se Christianos futuros promiserit: petunt enim per Lusitanos à P. collegij nostri epistola sibi dari, qua se catechumenos esse testari possint, & ad patrū voluntatē paratos apud alios asfiment. Quinto Cal. Nouem. die B. Apostolorum Simonis, & Iude, 2. Fratres egressi sunt, vt in D.

*Alij 600.  
conuersi.*

*Turbantes  
& Cabaia  
Turcorum  
pilea sunt.  
Gentile esse  
ignominiosum  
mo-  
desti Goæ*

Ioannis oppido commorantes ad baptismū adducerent. Antiqui autem Christiani, vt amicorū, & cognatorum conuersionem cohonestarent, e-gregiam, & copiosam multitudinem vexillis, & tympanis præcedentibus regio ad hoc prælato signo in ordinem digesserunt. Catechumeni omnes rubentibus coronati rosis manu ramos virentes gestabant: hos mulieres cum pueris, & puellis, qui omnes 400. esse poterant, conuegebantur. Quoniam aut per domū nobilis cuiusdā viri Christiani iter futurum erat, & summi calores solis vigeabant, hic ex varijs arborum virentibus ramis vmbacula exstruit: aderant canistra arundinibus, ex quibus faccarum exprimitur plena, nec non aqua gelida pro potu, betris, cinambris, aurega, & molij, qui harū regionum vñtati sunt fructus, quibus catechumenos dum hic paululum quiescerent, siti, caloribusq; confectos reficiebat. Hinc demum magna omnium consolatione, in Collegium nostrum ventum est, hoc omni tempore nihil aliud aut in vijs, aut fenestris, quam Dei laudes, quòd secundum magnam misericordiā suam fecisset, audiebantur. Viri cum pueris intra Collegij septa manebant, mulieres, & puellæ in templo. Interfuerūt baptismati Patriarcha, Malaccensis Episcopus, ciuitatis præfectus, nobiles multi, & ciues. Eorum qui baptizati erant numerus 656. fuit præter 58. quos priuatim baptizauimus. Illa ipsa die quidam nostrorum ante templi fores constitutus transeuntes ethnicos, qua familiaritate humanitateque poterat, ad baptismum percipiendum inuitans, viginti quinque ex ijs adduxit. Et ne fortè quis ethnicorum arbitrareretur Proregis absentia ad Christi lauacrum signis venturos esse gentiles, die Lunæ antelucano tempo-

314. Chri-  
sto initiati.

tempo-

tempore duo fratres extra domum egressi quindecim integras familias ad fidem adducunt. Dat negotium præterea nostris P. Rector, qui ad oppida vicina in dies cōmeant, vt si quos fidem affectantes Christianam inuenerint, non ornittant adducere: se daturū enim operam, vt primo quaque tempore vel in B. Martini, vel D. Lucæ festo die baptizentur. Hos enim sanctos Indi magna veneratione prosequuntur, tum quòd Indiarum sint velut Dij tutelares, tum quòd in altero horū festo ciuitas in potestatem venerit Christianorū, quo nomine etiam quotannis solennis supplicatio habetur: hæc res adeo Fratris cordi fuit, vt in tribus oppidis centum triginta dūtaxat imparatos reliquerint.

Pridie S. Martini iussi fratres, vt vel ante ortū solis hac illuc excurrant, & conquirat quā multos possint: omnes se magna alacritate ad pulsus accingunt: nec solū illi, sed & Neophyti, quorū maximus ardor, & zelus in augēda fide est: vnus enim eorū correpta pelui, & grauius incussa, velut signo ad fidē dato, oppidū perambulabat, alta voce clamitans, vt qui Christianum fieri vellet, in domū P. Andreę Vazzi se cōferret, eò namq; vñturos Fratres Collegij B. Pauli Apostoli, vt ad baptismum homines deducant. Profecti igitur Fratres ea mente, vt pulcherima à diabolo spolia referrent, velut triumphum agentes domum redeunt, ducentis comitati hominibus, quos variorum instrumētorum concentus præcedebat. Vixdum in Collegium admissi erant, en alia via centum octoginta adducebantur: his vixdum receptis, adhuc ducenti duobus ducibus præeuntibus nostris occurrunt: paulò post duo alij centum viginti iuuenes adducunt: alij alios triginta.

R iij

Ho-

Quindecim  
familie ad  
fidem con-  
ueniunt.

Sanctitate  
lares Indo-  
rum.

3. Oppida  
integre fe-  
re conuersa

Novus ad  
fidem con-  
sursus.

Horum magna pars erat ex illustribus viris non infimæ conditionis, neq; autoritatis apud suos, qui omnes in ordinem redacti, domum in qua vestiendi erant, deducuntur: huc mox Patriarcha supplicatione instructa venit, comitante Episcopo Malaccensi, & ciuitatis præfecto, quibus in oceanum venit Macadanus mercator, pannorum sericorum, cum tribus socijs magnifice vestitus, alijsq; ingenti hominum multitudine circumfusus, ut plateis tantum non excluderetur, reliquis mercatoribus viam vexillis quam habitant, ornantibus: hi omnes P. Patriarcham in collegium vsq; comitati sunt cum alijs nobilibus non paucis. Cùm autem magnus numerus baptizandorum esset, quò citius negotium expediretur: eadem ita fieri placuit, vt vterque ordo in via ad templi portam vsq; remaneret, donec Patres numero quatuor magna diligetia carimonijs ante baptismum seruari solitis perfuncti, alijs duobus locum facerent, qui in baptizandis catechumenis occuparentur: erant alij præterea delecti qui in altera parte templi sanctum chrisma cõferebãt: duo alij in porticu stabant, ex his alter baptizatos veste alba induere, alter candelã incensam porrigere debebat: factũ hoc est, vt quibus longior erat via, domum redeundi celeriter potestas fieret, iã enim inclinare se dies ceperat. Hoc baptismum propter numerosam frequentiam, quæ numerum 756. facile complebat, inter alia nobis ministrum attulit consolationem. Quamuis autem neque vulgares sint molestiæ, & labores adeo continui, vt nec quieti, nec cibo sumẽdo locus detur, dũ indefesso studio ad varia discuntur loca, vt catechumeni cõquirantur, cogãtur, baptizenturq; tã multi, exultatio tamẽ & voluptas spiritus tanta est, vt oĩa facile

756. baptis-  
ma.

facile leniat, & abstergat. Eterno & immenso Deo gratiæ referatur & laudes, qui tãta liberalitate vultus est erga hãc minimã Societãtẽ, vt in præclarissimi & magnificentissimi operis cõmunionem eã admitteret. Hęc sunt quę se scribẽda obtulerunt de hisce 26 bapti- maibus, quę anno 1550. à die b. Lucię, nẽpẽ Idi. Dec. elapsi anni, vsq; ad 3. Nouẽ. huius anni, qui dies b. Martino solẽnis fuit, celebrata sunt: ex quibus facillẽ intelligitis, quãto fuerit maior hoc anno, q̃ superioribus, hominũ ad fidẽ aduentantiũ multitudo. Nã quò anno P. Patriarcha primũ huc appulit cũ reliquis patrib' 7090 solenni obligatis, qui fuit 1556. toto anno 42. tantũ modo baptizauimus: anno verò 1557. 80. anno 1558. mille nongentos sedecim; anno 1559. tria milia ducẽtos sexaginta: hoc autẽ anno 1560. 12. milia septingentos quadraginta duos. Et hos quidem oēs in hac Goẽsi insula, vt illos interim omittã, quos in alijs locis baptizauimus, & quos S. Francisci, & D. Dominici patres ad eandẽ militiã fidei ascripserũt: necnò alios multos quos in parochijs ciuitatis alij baptizauerunt. Faxit sua infinita bonitate atque clementia Deus Optim. Maxim. vt & libro vitę hos omnes ascribat, & operarios plures mittat, qui reliquam messiem in horreum Ecclesię conferre nitantur, atque hoc quidem hætenus.

Alterũ epistolę caput erat de mirabilibus quibusdã operibus quę Deus circa nõnullos tũ Christianos, tũ Ethnicos, fieri voluit: sed quoniã per longum mihi foret singulatum omnia recẽtere, quę per omnes dies contigerunt, faciã quod in cõserta narratione fieri soler, & ex plurimis quædam dũtaxat commemorabo, quæ ad Dei bonitatem laudandam maiorem suggerent occasionem.

R. iij

In

Quot uno  
quoque an-  
no bapti-  
zati.

Memorabilia  
quædam  
Dei opera.

In continente mulier pagana cum nullos liberos procrearet, Beatam Mariam, si filium habere posset, eum se dicaturam voluit: cuius voluntati annuente Domino, dum prolem concepisset, interrogatur a cognatis, anne in animi proposito perseveret. Imo vero, inquit illa, persisto, neq; alium in fine hunc puerum educabo, quam ut b. Mariam offerat: quod & bona fide, & sedulo perfecit.

Adolescens quidam ethnicus liberali forma paucis ante diebus in hoc D. Pauli collegium venit, ac quid vellet interrogatus, cupere se Christianum fieri respondit, ac morem gerere matris, que et si ethnica esset, obnixè tamen me rogauit, atque hac causam misit, ut Christianus fierem.

Ethnicus puer in amplissimam piscinam casu decidit, & natandi ignarus iam ferè mergebatur. Lusitanus puerum conspicatus, cum aliter opere ferre non posset, admonere cepit, ut nomen Iesu inuocaret: fecit, & in nomine Iesu ab undis emersit: quod sanctum nomen ita illius animo hæsit, cum sciat eius virtute se tantum periculum euasisse, ut nihil præter Iesum dicere posse videretur, & pia eiusdem Iesu clementia, baptismatis paulò post aqua perfusus est.

Quidam collegij nostri puer Brachmanes cum in duos alios Brachmanes adolescentulos, cum quibus à puero educatus erat, incidisset, & vna, ut fit, familiariter colloquerentur, & lætiam se insolitam haurire diceret noster, quòd Christianus factus fuisset, & à pristinis superstitionibus, in quibus antea victitauerat, emerisset: ita eo sermone adulescentes alij accesserunt, ut etià parètes, & opes se deserturos promitterent, & fuga capta ad nos venturos. Vnus ex his in Collegio nunc habitat, primis elementis literarum incumbens: alterum autem

atque et si Christianum credimus, tamen ubi factus sit ignoramus. Omitto interim id frequentissimum esse, à plurimis nos sollicitari, ut in Collegium nostrum veniant, ac ibidem primis rudimentis imbuti, fidem Christianam complectantur, quorum sanè apud nos iam numerus minime parvus existit.

Adolescens alius neophitus tantam in Christiana fide, & viuendi ratione voluptatem cepit, ut alios ad eandem felicitatem incitare non cessaret, & octauo à baptismate die 50. viros à se conversos ad fidem huc adduceret. Inter eos verò primarij quidam viri erant viciniae illius, in qua sole morabatur, quos cum baptismate abluisset, post triduum iterum Patri obuiam factus, etiam iam 30. aliis fidem persuasisse renunciauit, atque effecturum breui, ut 100. ad primum baptismatibus opera adducantur.

Ethnicus quidam Goæ cum longiore morbo affectus, suam valetudinem B. Paulo commendasset, eiusdem beneficio sanitati restitutus tempore nostri mystagogum adiit, & se in hoc Collegio ad 15. dies B. Paulo, si modò ei copia fieret, intrare velle dixit, nam ita se pollicitum ei fuisse, hoc tamen cõditione, ut in auito permanere Ethnicissimo, sinatur: quod quam facile impetraret, se ad aliquot dies in opere promisso versaretur, intentionem mutauit, & baptismum accepit.

Nobilis quidam vir Societatis nostræ studiosissimus singulis 2. diebus confiteri, & sacra communionem sumere solitus, Ethnicum alloquebatur, ut Christianus fieri vellet. promittens ei, si faueret, se à Prorege egregium munus in Republica impetraturum esse, quo vitam honestè tueri possent: nil tunc quidem profecit: at paucis post diebus

*Votaethnice ad imitatione Sa-  
muelis.*

*Ethnicob  
nixe filium  
baptizari  
cupit.  
Miraculo-  
sa ad nomi-  
nis Iesu in-  
uocatione  
liberatio.*

*Adolescens  
quosdã pri-  
mates alios  
que pluri-  
mos con-  
uertit.*

*Ethnicus  
sanitati re-  
stitutus.*

*Ethnicus  
manes Chri-  
sti seruit.*

*Contemptus  
dignitatū  
apud neo-  
phitos.*

bus, cum nulla iam nobili huic conuersionis illius spes superesset, videt hominem domū suam, Christiano & Lusitano habitu indutum, ingredi: ruit illi alter in collum, & cum lætitia ingenti, ac gaudio excipit: cumque dignitatem illi iterum offerret, Christianè respōdit maximas se ob huiusmodi beneficium gratias agere, non tamen laborandum esse, vt eam obrineret: Nam si Ethnicus temere eam affectare non debuisset, quod hoc hominis sit, neque religionem, neque Deum curantis ob furta, quæ plerunque ab iis qui in eiusmodi munere versantur, committi solēt, iam Christianus multo minus eam petere debet, tum quod in his honoribus, & pompis propter recidua peccatorum frequens confessionis iteratio sit necessaria, tum quod lege diuina sancitur, vt iniuste conquisita veris possessoribus restituantur, quare se malle penuriam pati, quam dignitate adepta perpetuis tenebris addici.

Apud eundem nobilem Maura quædam mulier grauitè conuerebatur, tum quod venienti sibi in hanc insulam eum duabus puellis Christiani molesti essent, vt ipsorum fidē complecteretur, tum quod miseriam filia propriæ deserere constituissent ob Christianam, quam sequuntur fidem, quam obrem tristem, & orbam velle redire domum, vt in phanis suorum deorum latens infelicitatem suarum filiarum deploraret: rogare vir illā cœpit, ne discederet, se in qualemcunque sustentationem per singulos menses aureū nummū suppeditaturū: accepit conditionē, tandē hortationibus matris familiaris, aliarumque mulierum victa, se Christianā esse velle dixit, nā verè se credere, nō alia in lege, quam Iesu, salutem se cōsequi posse: atque ita baptismatis aqua percusa ex eo tempore tam studiosa fuit pietatis Christianæ,

Christianæ, vt rarò huic similes inueniamus.

Augusto mense elapso in nostra vicinia contigit mancipia nonnulla duos Mauros adoriri, vt iis quæ secum portabant, vi ereptis, eos quoque occiderent: & cum iam Mauris vulnera letalia inflixissent, Lusitanus quidam clamores audiēs, accurrit subito, qui iam morti proximos homines conspiciens, persuadere nitēbatur, vt Christiani fierent, quandoquidem tam breui tēporis spacio æternam salutem consequi possent: quorum vnus diuino afflatus spiritu, visceribus penè effusus, etiam atque etiam Lusitanum rogauit, vt se baptizaret, credere se I E S V M Christū Deum esse, & potentem seruatorem animarum: baptisamque animam statim Creatori reddidit: dilucescētēque die Misericordiæ Fratres accētis cereis, sarcophago velo aureo coopertū corpus honorificè in summo tēplo sepeliūt: alter verò in perfidia sua interiit, cuius cadauer Æthiopes duo per plateas raptantes in agrum proiecerunt: vt verum illud existat: vnus assumetur, & alter relinquetur.

Huius ciuitatis Christianus vir ære alieno oppressus, cum non esset soluendo, in continentem abire decernebat, ne sibi quispiam molestus esset, filio autem in procinctu ipso mortuo, indignum iudicans inter Ethnicos nouum Christianū sepeliri, cadauer Goā transmisiit, vt in loco sacro cōderetur. Hoc autē maximè mirandū est, q̄ qui nuper ex pernicacissimis ethnicis ad fidē venerūt, si periculosis decubere cœperint, mox aliquem ex Patribus collegij nostri accersunt, cui sua peccata confiteantur. Id sæpè tāta vi lachrymarū & dolore faciūt, vt necesse sit confiteri, verè opus esse Dei, paulò antè adeo alienos a fide, nunc tam luculentè edere pietatis sinceræ testimonia.

*Misericors  
et iustus  
dominus.*

*Morientiū  
neophitorū  
non sine lachrymis cō-  
fessio.*

Chri-

*Mira adoleſcētis paſſentia & pura ſimplicitas.* Christianus adoleſcēs faber murarius quadra-geſimæ tempore ad nos ſummo mane veniens conſitendi gratia, cum ob horum multitudinem ſuo deſiderio fatiſ fieri tam citò non poſſet, in ſecundam noctis horam, cui conſiteretur expe-ctauit. Scificanti Patri, num à matutino tempo-  
re abſque cibo in eo loco manſiſſet, magna ani-  
mi ſimplicitate reſpondit: Pater ſi mihi hodie conſitendum erat, quānam ratione bibere vel co-  
medere poteram, priuſquam quod faciendum e-  
ret, perſeciſſem? Confeſſione peracta mox lætus domum reuerſus eſt.

*Studiū filij in ethnicū patrem lon-ge maximū*

Vir quidam poſt multas tum Proregis, tum a-  
liorum de fide Chriſti admonitiones non ſolum Chriſti doctrinam tandem eſt amplexatus, ve-  
rū etiam magna verè conuerſionis ſigna dedit: inter quæ illud vnū referam, quod cum patrem  
adhuc ethnicum ægrotare audiret, nullo ſuaden-  
te, vera charitate motus eum ne in perſidia mo-  
reretur, lætica impoſitum Goam vnā cum ma-  
tre, aliisq; cognatorum plurimis duxit, Patrem  
Rectorem adiuit, ſacerdotem aliquem ſibi dari  
poſtulauit, qui ſeni patri de fide amplectenda ver-  
ba faciat: miſſus eſt Ioānes Diazius, multis ratio-  
nibus perſuadere conatus Chriſtianam fidem ad  
ſalutem conſequendam eſſe neceſſariam: apud  
obſtinatum ſenis animum niſi ſerè promouit;  
filius animaduertens, rationes fruſtra proferri, in  
genua procidens parentem amplexatus, atq; de-  
oſculans orabat, vt Chriſtianus fieret, considera-  
ret inſuper quantas opes ſibi Dominus dediſſet,  
quas omnes ſe erogaturum pollicebatur in eius  
animæ vtilitatē, ſunus magnificè curaturum, &  
ſacrificio miſſæ mortuum Deo cōmendaturum.  
Poſt hæc filias Chriſtianas patris oculis ſubiecit,  
quæ

*Signa opti-  
mi Chriſti-  
ni in neo-  
phito.*

quæ idem poſtulare, quæ omnia cum ad eum  
commouendum non ſufficerent, feſtinans nobi-  
les quosdam Luſitanos aduocat, parenti familia-  
ritate coniunctos, vt ſe in conuertendo Patrem  
adiuarent. Hi orabāt, vt ſui ipſius miſeratus Chri-  
ſtianus fieri veller: tandem vbi inclinari, & iam  
ſemiuiſtus eſſe cœpit, dormiendum iam (inquit)  
eſt, & pauliſper ſomniandum, deinde reſpōdebo.  
Altero die rediēs, Pater duritiem hominis emol-  
liam, pertinaciam ex parte remiſſam, & in faci-  
litate conuerſam eſſe comperit. Nam ſenex vt  
Patrem intrantem vidit, manibus in cœlum ela-  
is exclamare cœpit, ecce Pater Chriſtianus fieri  
uolo, ſolo Dei amore, ac Ieſu mei ad hoc ipſum  
inductus, qui in cœlis habitat: & ſtatim filū, quod  
Brachmanis geſtare ſolemne eſt, rupit, in ignem  
coniecit, cibos noſtros guſtare voluit, & magna  
arritia, & alacritate baptiſma ſuſcepit, cum Pa-  
tre ſymbolum fidei recitans, cuius & manus of-  
culabatur: orabat inſuper tam Patrē ipſum, quā  
ſuſceptores, vt ſuo capiti manus imponerent: ipſe  
verò cum maximo gaudio, voluptatēque liberos  
ſuos amplexatus eſt. Huius vxor cum reliquis co-  
gnatis, eſſi Chriſtiani nondum eſſent, tamen in ſi-  
dem noſtram maximè propendebant.  
Puerum hic baptizauimus ſ. vel vt ſummum  
panorum, cuius acrimoniam ingenij Fratres  
conſiderantes, hortati ſunt, vt vicinos pueros ad  
baptiſma induceret. Quæ res vſque adeo illi cor-  
di fuit, vt ex edib' ſedulo obſeruaret, ſi quis puer  
ethnicus eſſet præteriturus, cuius in complexum  
ſtatim occurrens, quibus potuit verborum blan-  
dititiis affatus, fidem conabatur perſuadere Chri-  
ſtianam: ac non ita multo interiecto tempore ſ.  
lætos, ac gaudentes ad nos deduxit. Maiori inde  
deſi-

*Mirū ſeni  
lumen fidei  
aſſulſit.*

*Puer 9. an  
norū alioſ  
conuertit.*



desiderio flagrans, & suarum virium iam oblitus, non circa pueros tantum laborabat, verum, etiam adolentes sollicitabat, & eis quam poterat artificiosissimè persuadere nitebatur, vt Christianam religionem sequerentur, quos si bene nignis verbis non acquirerent, iniecta manu, aliorumq; implorato auxilio, vi quadam moliebatur efficere Christianos.

*Pueri Christiani annu-  
siant.*

Duo tresue alij pueri consobrini plus minus vndecim annorum literis apud nos operam nauantes, hoc susceperant negotij, vt alios pueros Ethnicos ad fidem traderent, quos ex parte persuasos in paternas domos secum abducunt, cibos Christianorum offerunt, ac tam diu de diuinis rebus ad illis verba faciunt, donec persuadeant: & iam ad 30. in nostrum Collegium deduxerunt, vt baptizarentur.

*Hominum mentes ad se deus faciles admodum reddit.*

Negotium hoc conuersionis hominum tam expeditum diuina bonitate factum est, vt interdum nostri discipuli, qui nonnullam ob culpam poenam castigationemque verentur, veniam postulant, seq; in delicti expiationem Ethnicos nonnullos ad fidem peracturos recipiant: quod ipsum quoque promittunt, quibus vel compedes vel manicae iniectae sunt. Inueniuntur, qui vbi grauiore poena dignum facinus admiserint, libellis supplicibus ad Proregem missis, culpam deprecantes, sanctè promittunt se in beneficij accepti memoriam cum parentibus acturos, aut consanguineis, vt Christiani fiant: quorum quidam 20. alij triginta, alij quadraginta, nonnulli si tam enorme est peccatum, centum se conuersuros promittunt: quibus ex bona parte pro agnata sibi clementia Prorex culpam facile remittit: vbi è carcere prodierunt, promissis stant, & magno

*Incarceratorum multum est alios conuercere.*

studio fidem suam liberant.

Accidit aliquando, vt Fratribus obambulantibus minister Collegij praeciperet subdicens, ne verè praecipi putarent: tu charissime Ethnicos ad Christum adduces, tu sex, tu octo. Illis autem eo animo egredientibus, ecce vbi reuertissent, nonnulli quindecim, alij plures adducebant, qua ex re saepe magna consolatio & gaudium proficiscebatur, laus sit diuinæ bonitatis. Tanta est modò Christianorum frequentia, vt templa pro multitudine fidelium amplificanda, populisque in parochias siue curias distribuendus sit. Plurima adhuc scribenda occurrerent, quæ prolixitatis vitandæ causa prudens, sciensq; praetermitto. Omnipotens Deus suam

*Causa distribuendi oppida in parochias.*

miseriordia nobis omnibus det sanctam eius voluntatem intelligere, illique perfectè obedire.

A M E N.

Dat. Goræ Id. Decemb. 1560.

Ex mandato Patris Francisci Rhoderici omnium seruus inutilis  
Lodouicus Frois.

IX EPISTOLA P. HENRICI  
Henriquez ad R. Patrem Praepositum  
generalem & cat.

FAN

Pax Christi.



V M superiorum meorum ius. su Coccinum peterem, ciuitatis Episcopum induxi, vt cōuocatis linguarum Coccinensis & Piscarenfis peritis, grammatica vtriusq; idiomatis, alioqui non longe dissidentis conscriberetur. Episcopus homo studiosus Reip nō grauatim acquieuit, quod sanē rem Christianis vtilē fore persuasum erat. Paulo antē quam Punicaem ab hoc opere redirem, Bagada vicinorum locorum præfectus Vfinachus dictus, piscationem sibi dari liberam voluit à Christianis Margaritarum, quarum hic non infrequens copia est: si renuerent, ferro, & flāmis se viam facturum, & vxores, liberósque abrepturum in seruitutem minabatur. Nostri periculum veriti, cum non incertam haberent eius potentiam, licet iniqua petenti, acquiescere tamen quoquo modo decreuerunt: prius tamē quam sententiam, & responsum apud eū redderent, consultationem inibant de vertendo solo, potius quam per tyrannidem ab illo se opprimi paterentur: erat enim hic Bagada & inimicissimus Christiano nomini, & quod cū Turcis familiaritatem haberet, ab armis & pecuniis paratissimus. Accidit interim pro tempore non importunē, vt noster, atque idem regionis Dux ad Proregis mandatum Christianos, & Lusitanos apud B. Thomæ commorātes, in Insulam Isanapatam, Regi Bifnageno subditam sub initium Augusti anno 60. deducere pararent. In hac expeditione dum versatur, ecce tibi Bagada ex improuiso Punicaem appellit bene mane, magna militum manu & equi-

equitatu, ac plurimis Elephantis, armatus, multosque in seruitutem videbatur redacturus, nisi Lusitanus quidam genere nobilis furorem eius auertisset: qui cum militibus aliquot obuiam Tyranno occurrit, & commissio prelio præcipuum alæ vnus Ducem occidit Huius: ob mortē clasticum canere, & se recipere coacti, spacium nostris dederunt colligendi se, & ad mare conueniendi, vbi nauigijs præparatis, in alteram oram subito traiecerent. Triremis vna quæ præfectum habebat, & Patrem Ioannem Meschitam (in qua & ego iam dudum ab initio ascenderam) præ facinis & impedimentis adhærens, vado, oportunitatem tempus, & vberius mare expectabat. Hic iterum nos hostes adoriuntur, nulla non, vi adhibita. Quamobrem cum neque prouehēdi ad nostros in alteriorem ripam, nec redeundi facultas esset, necessitate coacti sumus manū cū illis cōserere. Pugnatū est vtrinq; acriter & diu, ancipiti Marte, victoria tandem ad illos incumbente: fit cædes nostrorū, & vulnerantur non pauci. Pater Ioannes Meschita ab hostibus captus est, ego natando sicut potui elapsus sum: quod attinet ad labores ipsius, per alios atque adeo ipsum certior fies. Quamobrem ad ea explicanda me dabo, quæ his in locis, nostrorum opera & studio perfecta sunt.

Re ipsa comperi concertationes publicas, quas cum Ethnicis hic agere solem⁹, nō minimi esse momenti: in iis ita me exerceo, vt si quando occasio detur publicè disputandi, ea perlibenter vertar. Forte fortuna venerat ad hæc vicina Punicali oppida, Iogus quidam, vir summę apud omnes authoritatis, & prudentiæ, ad hæc eius ætatis, vt trecentissimum annum cum attingisse dicerent:

*Meschita  
capitur.*

*Iogus cō  
vincitur.*

de quo vt plurima alia, ita prope fidem omnem  
 excedentia ferebantur: vbi rem cognoui, & tanti  
 cum apud plebem nominis esse, & ad eum velut  
 ad miraculum quoddam omnes vndique con-  
 fluere, literas ad eum dedi, quod ipse præ aduersa  
 valetudinē pedem mouere non possem: quibus  
 hominem ad me domum euocaui. Venit ille  
 non cunctanter, bonā sibi forsitan pecuniā sum-  
 mam apud Christianos meo studio conficiendam  
 expectans. Aderant id tēporis Punicalis orā Prin-  
 cipes quinque, cum his Ethnicorū nonnullos ac-  
 cipi iusseram, & disputationem cum Ioguo in-  
 stituimus, in qua Domino Deo visum est, ad fi-  
 dei nostræ veritatem aperiendam, ea suppedita-  
 re argumenta, quæ hic non modò non refelleret,  
 verum etiam suo silentio comprobare videretur.  
 Aduerterunt hoc nō pauci ex Ethnicis, & fides  
 nostrā benignè prosequuti sunt: Addebant etiam  
 nonnulli, simulato forte animo, cum de pecca-  
 torum remissione disputando conuincerentur,  
 legem suam ad veniam peccatorum habendam  
 æque facilem non esse cum nostrā, veritatem ta-  
 men ex tam aperta luce rationum potuerunt fa-  
 cile agnoscere. Finis demum in eo fuit totius  
 institutæ disputationis, vt Ioguum falsi conuin-  
 ceremus, quod etiam factum est. Quamobrem  
 qui Punicalem magna pompa, & fastu, clangen-  
 tibus præ se tubis ingressus erat, nō eadē celebri-  
 tate reliquit: sed pudore & ignominia suffusus  
 clā se ex ea subduxit. Hæc res & magnā volupta-  
 tem attulit nostris, & Ethnicum quædam virum  
 ingeniosum & industrium ad fidem commouit,  
 qui tamen mundi illecebris impeditus, persua-  
 deri vt Christianus fieret, non potuit, etiam quæ ad-  
 ferebantur, omnia vera esse fateretur.

Summè

Summè desiderabam nonnulla de Idiomatico  
 Maluarensi conscribere, & Dictionariolum con-  
 sariare: quoniam id tuam paternitatem velle  
 intellexeram, verum nos Bagadæ repentinus op-  
 pressit aduentus, qui omnibus rebus me, tum  
 præcipuè membranarum orbavit, quas charissimas  
 habebam, quod in iis peculiariter quædam an-  
 notata tenebam, quæ non tam ad religionem  
 nostram, quàm hanc rem pertinebant.

Ex oppido quodam sexto à Punicali miliar-  
 sito, hominum quoddam genus, Chararos vo-  
 cant, ad nos baptismi gratia venit: quorum fer-  
 uorem cementes, eos domum redire iussimus,  
 vt vxores, liberos, familiam deniq; totam secum  
 adducerent: dictum factum, omnes paucis reli-  
 ctis, quos breui sequuturos speramus, adduxerunt.  
 Christiani qui vniones piscantur, sedulo paupe-  
 rum res afflictas largis elemosynis solantur;  
 ex proxima enim piscatione Nosocomio Puni-  
 calensi duo Fanosiorum milia numerarunt: item  
 tria alia milia pro puerorum instituendo col-  
 legio, plura promittentes, vbi per facultate-  
 res licebit. Septendecim autem Fa-  
 nosij aureum siue coronatum  
 consciunt.

Ex Manara insula 6. Idus

Ianuarij 1561.

Omnium seruus inutilis Henricus  
 Henriquez.

EX EPISTOLA P. IOANNIS

Meschitæ ex vinculis ad P. Henricum

in Comarino scripta.

S ij

Pax

Pax Christi.



**I**T Dominus benedictus. In labores & dolores, hic nobis ex obuiuo occurrunt, quanquā proco, ac peccata mea meretur, plane infra meritum meum est, aliquid pro Christi nomine acerbius pati, nedum mortem oppetere, & gloriosissimam martyrij coronam consequi. Versamur interim inter angores, curas, quaestiones, tormentarum denique capitis obruncationem in horas singulas expecto. Bagada meus Tyrannus, quod pecuniam constitutam recipiendi spe decidit, & Christiani ab iis quae incolebat loca se clam subdixerunt, in me furorē, & iram suam indicat. auget, quamcumque in partem res cadat, Deo nostro sit honor & gloria. Ego optima quaeuis in spe habeo, etsi me peccata tacita verberatione castigent, & longē minus quam pro culpa me sententiam premi: tamen facit immensa Dei bonitas, quae in se sperantē amplectitur vniuersos, vt plane confidam eā mihi fortitudine, & vires adfuturas, quae hisce laboribus ferēdis satis erūt. Compedes grauissimas gesto, corpus catenis iniectis vndiq; constrictū est. Puer Michael in hisce perturbatis rebus vnus mihi adest, & me cōsolatur. Obsecro vos, quanto studio possum, vbi per oportunitatem Seilanū literas dabitis ad nostros, aut Coccinum, aut Goā, mei memoriam nolite depone: sed apud oēs intercedite, vt assidua ad Deū oratio pro me fiat. Multum enim valet deprecatio assidua: ad quā rem alacrius praestandā, copiā iis harū literarū facere licebit. 29. August. 1560.

Seruus inutilis Ioan. Meschita.

EX

## EX ALTERA EIVSDEM

Epistola.

Pax Christi.



**R**atissime mihi tuae literae fuerunt, quas tutissime legerē potui, cum iam vinculis elapsus crudelissimi Tyranni imas, & machinationes, ac furorē omnem euasissem. Dicit non potest, quanta me gratulatione Christiani exceperint, quo studio prosecuti sint, vbi primum immunitatem à vinculis viderunt, pretio non per solito, quod pro me, ac reliquis in promissionem venerat. Vbi ocium nactus fuero, copiosius omnia perscribam. Tantum illud hic dicam, humanis viribus, aut consiliis, neque me vsum fuisse, neque adeo potuisse, vt ex tam praecipiti, & perturbato statu extricarer, digitus Dei fuit hic, huic totum ascribo, ac Gloriosa virgini Mariae, quae praes nostras apud eum alicuius pretij effecit: catenis enim onustus noctes, dieque adhibitis custodibus, sedulo obseruabar, euasi tamen & per medios hostes septem dierum itinere ad nostros incolumis perueni. Sit Dominus benedictus. Literas has, & si breues, plenas tamen bonarum rerum, Reuerentia tua mittat obsecro ad Patrem nostrum Patriarcham, vt habeat, quamobrem & mihi gratuletur, & Deo gratias agat immortales. Ex hoc mari Iasanapatano 17. Calen.

Octob. 1560.

Seruus inutilis Ioannes Meschita.

S iij IOAN-

## IOANNES MESCHITA AD

Fratres Collegij Conimbricensis  
Societatis Iesu.

## Pax Christi &amp;c.



V M decreuisset Indiarum Prorex, charissimi in Christo Iesu Patres, ac fratres ex litore Commorino Christianos ob Tyrannidem, & multiformam sequitiam, quam in illos Ethnici exercebant, in Insulam non procul à Seilandis sitam educere: regnum præterea Iapanapatæ, in Lusitanorum potestatem, redigere, mādaturū accepit a R. Patre nostro Provinciali (quod in his locis iam ad tertium annum commoratus fuisset) ut illuc tenderem, & ad Proregis aduentum præsto essem, & in aliam Insulam Christianos deducerem, qui in Iapanapatæ regno, si expugnaretur, collocarentur. Interea dum tempus expectamus, accommodum, ecce multo equitatu, pluribus criaru adductis Elephantis bello assuetis, Punicalem obsidere Bagada incæpit, & in ducem primum ac Lusitanos milites inuehitur, qui tum in Punicali nobiscū consuetudinem habebant, & ab armis satis imparati erant, neminem Christianorum intercipere tum potuerunt. Etenim Lusitani quanquam numero longè impares: quippe qui supra 50. non erant, primam impressionem sustinentes, fortissimè cum hostibus depugnarunt, & eorum ducem Maurum, virum inter illos primarium occiderunt: ex quo factum est, ut Mauris repulsis, ad fugam se nostri adorna-

Mauri Christianos inuadunt.

Dux Maurus cedit.

rent cum vxoribus, & filiis Christianis, cum iam locus & tempus eripiendi se prolixius daretur, ex quibus dum naues præproperè conscendunt, plus minus triginta in mari suffocantur. Subsequenti die celerè triremè Dux vnà cum Lusitanis exponi iubet, quam iam tunc Pater Henricus conscenderat, ita rerum quas ferebat mole depressam, ut portum egredi non nisi copiosissimi maris æstu non posset: quòd cum hostes intellexissent, catapultis, & tormentis bellicis, atque arcibus optimè instructi, terra pariter ac mari, triremem acriter impugnant, sagittas quàm plurimas in eam emittunt: ut inque maximis viribus pugnatur, cadunt hinc inde non pauci, plures tamen à nobis: ego cum magno vitæ discrimine versans, dum illic discuro, sagittas septem excepit: eadem multitudine hostium obruti, Duce nostro, cum plerisque Lusitanis vulneratis, in miseram deuotissimam seruitutem. P. Henricus Henriquez natanus euasit: ego tabulæ cuidam in mare proiectæ incumbens euadere tētabam: verum natationis ignarus, in manus Bagadæ cuiusdam incidi, qui quasi lancea me transtuerberaturus instabat, & quum postulat: qui cum præter subuculam nihil mihi residuum esse vidit, ad Triremem illico abripi iubet, in qua hostibus atrocissimo, prædæ, & coedibus Lusitanorum intentis me relicto ad rapinam se conuertit: nec multò præclarior mecum, quàm cum illis agebatur, tam indignè enim ab aliis multatus sum, ut minimo minus morte abessem. Primum vulnus in sacerdotali coronâ tam graue accepi, ut in mare præceps deuolutus fuerim, reliqua quòd me sensus iam destituisset, vix sensi, paulo post haud pectus vulnerant: hanc plagam, quoniam

Meschita  
7. Sagittis  
vulneratur

Maurorum  
crudelitas  
in Meschita  
tam.

luculenta erat, & vitalibus in locis, mortem mihi pro certissimo allaturam credebam: hæc quæ grauissima mihi euenerunt, non scriberem, nisi me vorum cõpelleret obedientiæ. Tametsi Maurorũ nonnulli vitam mihi eripere statuissent, placuit diuinæ bonitati per infideles Bagados cõmisseratit motos me eripere. Vincens igitur, toto corpore liuidus ex plagis, & cruore persusus, ad ipsorũ Ducem abripior, cum me erectũ stare iuberent, ob nimiam vim sanguinis largè profuētis, in pedibus consistere nequii. Ad hæc ducem nominũ, & alios Lusitanos decẽ, plurimis confectos vulneribus ab inuicẽ segregarunt, ne mutuis colloquiis, vel solatiũ, vel cõmunicationem vllã haberent, & variis molestiis extorquẽde pecunię causa affecerunt: me verò lignorũ fruce humeris imposita, ita cõpresserunt, vt & fauciu pectus intueretur ex vulnere, & vitalẽ spiritũ ægrè ducere valerẽ. Interim rogabam supplex, vt vel pariter quiescere liceret, nisi me interne malint, sed nõ tantillũ licuit imperare. Tandem ad tyrannũ vocati sumus, ille pretiũ redẽptionis exigit. Cũ Dux nosser pluribus vulneribus faucius, cum præ ægritudine vix respoedere posset, ad me cõuersus aiebat, id ratũ ac factũ habiturũ se, quod ipse constituissem: post varias denique minas, & cõtumelias conuentũ est, vt vndecies nonaginta millia Fannosorum, hoc est, septẽ millia aurõrum, & quingentos dæremus in vniuersum: quã constituta pecunia Lusitanos statim soluit, & me vnũ pro obside reseruat. Christiani huius tractus alterã partem pretij se soluturos spõpõderunt. His ita constitutis, tibi & medicamenta ad nos Coccinio transmissa nostro non mediocri solatio fuerunt. Interea temporis Proregis iussu donec Iasapata

*Crudele  
Spectaculũ*

*Impia Bar  
baries.*

*Ducatorũ  
7500. pro  
liberatione  
paucorũ of  
feruntur.*

capata expugnata esset, Christiani in ei oppo-  
sitam insulam translati sunt.  
ego licet è vinculis grauiter laborarẽ, ad ducem  
impũ, vt nulla mei ratione habita, quod Pro-  
rex in publicam vtilitatẽ constituerat, ad ma-  
nẽrem Dei, & Domini nostri gloriam, absolutũ  
eret. Cæterum Bagada vt vidit in solitudinem  
frequẽtata prius loca conuerti, nec pacta no-  
ficum redemptionis sibi pretium solui, vt erat  
atura crudelissimus, instare cepit, & vgere a-  
rosciter, quotidie mortem, & supplicia immania  
terminari, nisi curarem confici pecuniam.  
quare nepotem suum mihi custodem decer-  
psit ei, vt me asseruando vigilantissimus esset,  
mandauit, ex quo die semper armatis mi-  
tribus circundabar, ne in fugam me conj-  
tem; magnopere pertimescens: vbi verò com-  
pium habuit Christianos ad vnum ferè dis-  
cessit, & procrastinatione pecunię impati-  
ent redderetur, compedibus ferreis me iniecit,  
& catenam collo addidit, tam ponderosam, vt  
erectum sedere planè vetaret: è custodibus tamẽ  
vni miseris mei, catenam è collo dependentẽ  
node sustulit, & vt beneficium læteret, interdũ  
litam appendit. Cæterum altero die cũ ferri põ-  
deri incuruus sedere cogeret, & magna vis san-  
guinis è naribus profuëret, animaduertens hoc  
Christianus quidam puer Michael, tantam mise-  
ræ calamitatem, nullo non officij genere con-  
tuit, vt eam mihi leuiorem redderet. Facie la-  
crynũ persusa Bagadam ipsum Brachmanũ fre-  
quenti corona septum alloquitur, & infelicem  
loram in quo eram, exponit: nisi remedium,  
loquit, adhibes, iam iam præ immodico è nari-  
bus fluẽte sanguine misellus ille Christianus ex-  
tingue-

*Puer in li-  
berãdo Me  
scita admo-  
dam indu-  
strius.*

tinguetur, atque vna de eo quod expectas redē-  
ptionis prætio actum erit: commotus itaque his  
verbis Tyrannus, cum me tam multo gra-  
uatum cognouisset, duabus cathenis relictis reli-  
quo iubet exonerari. Expertus profecto sum, neq;  
vim, neque consilium aduersus Deum valere: in-  
credibili enim modo, truculentissimi illius leo-  
nis vngues euasi, quem in maiorem eius gloria,  
exponere non grauabor. puer Michael, tam indu-  
strium se mihi, ac magnanimum in omnibus ex-  
hibuit, vt nihil quod bono meo esset, subterfuge-  
ret: cum hoc cōmunicauī (si qua ratione possem)  
fugā me decreuisse: vbi rē hanc intellexit, mihi  
non attentauit, & molitus est, quo me voti cōpe-  
tem redderet: vbi igitur intellexit cōpedes fieri  
debere, fabrū sollicitat, proposito præmio, & a-  
co impetrat, vt clauū quo firmade erāt, ita tenu-  
ter incidat, paruo negotio vt dissolui ac infringi  
posset, ferrā, & forcipē, cū tenui, & oblongo ferri  
procurauit ad clauū intra cōpedes herentē, & fi-  
gendū, & extrahendū. Inito igitur cōsilio cū a-  
ad fugā me cōpono, euentū oēm Deo cōmitti.  
Dū igitur hæc meditator, oportunē admodū, nō i-  
ne diuina prouidētia, ipso Matthæi, custodes dē-  
cēdiū quandā porticū ā me recesserūt. Ego interea  
tēporis instrumētis meis sedula nauās operā, o-  
sulto alterū tātū catenę caput nō difficulter solui,  
quo nimirū ea circū corpus meū circūuoluta ad  
locū semotū, vbi sine periculo me ab ea extra-  
rē, venire possum. Interea venit puer, cui conclū  
de fuga sequētī nocte arripienda expono: instru-  
mēta ille ad destinatū locū, vbi cathenę soluēde,  
defert: noctē in somnē duco, negotiū nō parū pro-  
mouit, quod ob festū quoddā ludicrū defatigatū  
custodes altū dormirēt: quare hoc peridoneo fu-  
gę tēpore occasione auipui extrema periclitaturus,

ma, cathenas corpori circumduco, cordis astringo  
charitū onus, ne eorū proderet collisione, sed ecce  
dū me itineri accingo, custodiarū dux experge-  
factus lingua Malauarensi, Penābui. quid vis, in-  
terrogat: cui respōdi: cui clauē nū. i. velim bibe-  
re: & uestigio catharū aque porrexit: bibo, strā-  
mī rēpeto, ac post semihorā cum iā dormire cu-  
hodias mihi persuadebā, vitā salutemque meā se-  
dō B. Virgini cōmendās, iterū aggredior cōceptū  
p. rogo vt propitia sit, Sacrā Virgini Sabbatis  
ritimū voueo. Quid multū, p medias custodias  
cāseō: verūm dū ad vltimas venio, experge fieri  
cepere: gradū suspēdo, carceris murū trāscendo,  
leniq; oēm carcerē euado: sed alia rursus se in-  
gressit. difficultas, Michael enim Dux meus nō cō-  
paret: in sumnū enim, nec sciebā vbi, incidiat:  
tandē quæsitū inueni, muros vrbis trāscēdimus,  
humē qua parte vadolum erat, pedibus trāsmi-  
simus, peruenimus in agrū oriza constitū, vbi in-  
strumēta quib⁹ catenę perfingēde erāt, deposita,  
puer dū quæsitā, vix tādē inuenit. Ruptis viculis,  
ac me mihi restituto, res oīs cōmodi⁹ se habebat.  
Dilucēscēte die ad montē, septē, octōue passuum  
millibus, ab vrbe distitū excurrimus, qui quod ar-  
dūm & salebrosus esset, ego verō nudis incederē  
pedibus, incredibile est, quātos subierim labores:  
obuerfabatur inter has pœnas, recordatio itineris  
illius, quod Christus Dominus sublata innume-  
ros cruce: ad nostra expiānda peccata, ad Calua-  
rię montem perfecit. Sed proh dolor, nequaquā  
pro ea ac par erat, fructum elicere valebam: Inde  
digressi per errorem pueri non satis exploratas  
inuenimus vias, & itinera, in oppidum peruenimus  
Bithūgram, in radice montis positum. Ego in-  
ter spinas me abdebam, tātis per dum ille in do-  
mū futoris cuiusdā excurrens, ex: fimbriis cōfectos  
calceos

Angeli cu-  
Godes.

calceos emeret, & de via quoque peruectaretur. Dum eo venit, intelligit Bagadam in omnem partem exploratores misisse, qui me & inuestigarent diligentissimè, & ad se inuentum adducerent. Quæ cum puer mihi cõsternatus planè narret, vt potui, tristeme animum consolatus sum, & erexi, nihil quippe diuina misericordia benignius esse, neque qui nos huc vsque liberasset, in posterum nobis defuturum: Angelos enim nobis pro diuina sua bonitate assignasse custodes salutis nostræ, qui nos facile è Bagadæ manibus vt eriperet, ita facere nõ recidamus, & voluit, & nõrunt. Ad eum modum erecto quantũ potui pueri animo, suggestit per sylvas non esse eundem: sed relicto itinere, ad duodecim miliaria desectendum, & in casa gentilis Palaas (genus est hominũ abiectæ conditionis, & apud eos execrabile) lateras redimendas esse. Non displicuit consiliũ pueri: paululum igitur nautici panis, cum aqua sumentes, labore maximo noctu per prata iter egimus, grauitè enim pes mihi affectus erat, a deo quod puero vsus loco baculi sapissimè fuerim: tota nocte in itinere consumpto, nõ sic quidem locum in quo latere tuto possim, inuenire licebat. Cum auroram diè iam trahere cernerem, aio ad puerum, si locus remotior esset, quoniam post horam luce sceret, nullã reliquum euadedi remediũ futurũ. Dñi hæc dico: viatorũ voces audio, à quibus nõ deprehensus prodere, à via deslecto, ipsum verò, vt de pago quem petebamus sciscitaretur, misit: Abit ac negotium cognoscit, regressus nunciat, in propinquo esse. Quam ob rem eo dirigimus iter, & in ipso velut articulo auroræ locum attigimus. Sed quia exterrum me esse facile percipere poterat, tempus

oportunitatem inquiri ad delitescendum, quã si diu multumque laborarem, habere tamẽ nõ potui. Iam clarum mane illuxerat, cum ad cataclæ iactum pago abessemus, vbi latendi & vires atque animum colligendi spes affilgebat. Cũ in pago impenderemus, conspicato Torrente, æge, urgente me multum siti, ex eo bibi: quæ res nocturnos, diurnosque labores ita vires prouit, vt quanquam puero innixus, ægrè me in sedes erigere possem. In pagum tamen ipsum vblego tentaturum remedia, interim abditus reuentem operior in agro, qui consitus oriza nõ nihil à prospectu me tuebatur. Hic mecum percedenti periculi magnitudinem, pauores, iuxta labores, viuere deinceps vix lubebat. Quamobrem percommode istud Helicæ venit in mentem: Nõ sum melior patribus meis, & petiui animæ meæ vt morerer, ita affectus, vt si Dominus voluisset, libetissimè mortẽ cũ vita cõmutassem. fieri certè non potest, quin in hisce calamitatibus constituto, plurimam mihi vestræ preces sortiti attulerint, & emolumentum. Dum occultor, (vt paulò antè exposui) & redeuntẽ expecto, Deus Dominus noster pro consueta misericordia cœtri nostrum voluit deesse: puer Ethnicos inuenit, adit illos, ac blandè salutans, dicit se vulneratum in cura, & comitatu habere, alterius hominidam hunc abdere domi. Si parati sint, donum ab eo non mediocriter illos accepturos, neque peritendum (illis quæ est omnium fames habentibus) se perquam libentissimè facturos respondet: puer ingenti gaudio exhilaratus, ad me redit, & monet vt festinem, iam se prospexisse de loco: largo anceps, animique dubius, & nemine videntem agrum egredior, atque propero quo ducit.

Sede-



Sedebat in via tum fortè qua transeundum erat mulier Gentilis : hanc ille ex composito amolitur. & salutatur, & ne in me animaduertere posset, quarundam rerum narratione occupatam tenet: vsque eo dum prætereire: inde ad me venit, & in Ethnici cuiusdam domum adducit tam angustam, vt vix comitè capere posse videretur. Hic ad diem integrum latitauit. Quo autem tota res tutior esset, per pagum puer obambulare cœpit, & primarium quendam loci illius virum adit, à quo nonnullis fanosis datis, paucillum olei mercatus est: neque tamen negotium tam occultè cõfici potuit, quin ad aures Præfecti perueniret, me Lusitanum esse. Venit ille ad me perterritus dicens se non euasurum mortem, si Tyrannū id rescire contingat. Ego tam ancipiti discrimine deprehensus, velut inter malleum, & incude, Michaeli imperaui, vt fanosis homini pollicitis aliquot, impetraret ab eo silentium: facit vt iusserat: & 400. spondet, hoc est, nummos aureos 30. non enim minoris facere velle videbatur, vt periculū occultationis in se admitteret. Cum tantæ summæ soluendo non essem, puerum euoco, quæ necessitas mea ac tenuitas esset expono, simul rogo vt viam aliquam inueniendæ pecuniæ exquirat. Quandoquidè inquã, mi Michaeli tãtos subisti labores in meã gratiã, vt & vitã mihi redderes amissã, & à vinculis eriperes, hoc vñ tãtis beneficijs adiunge, vt nũmos inuentos numeres. Ille ad decimū quintū lapidem digressus, oppidū quoddã accedit, in quo nonnulli Christianorum cõmorantur, apud hos omni studio effecit, nõ solum vt nummos libentissimè traderent, sed accurrerent salutaturi, & quoniã pede grauissimè legato ambulare non poteram, opẽ in cundo ferent, cibus

*Summa per  
ricula: ut  
Lecturã uer  
tere nouit  
Deus.*

tibus etiam apportatis, quorū extrema penuria superioribus diebus nos ferè encêrat. Toto itinere reliquo felicissimè vsi sumus, in neminem occurrimus, qui nos vel externos deprehederet, vel carere fugitiuos. Nocturno tẽpore ad primū oppidū venimus Christianorū, nouẽ miliaribus à litore distans. Ad hunc igitur modum post graues & multos labores, septem diebus rotidemq; noctibus itineri impensis, extra Bagadã Regionem tandem pedem fiximus, & Dei bonitate nauis Lusitana reperta ad gubernatorẽ delati incolumes sumus, & maxima lætitia ab eo & reliquis omnibus excepti. Postquam cunctis, quæ mihi accidissent, exponerem, in Dei laudes & gratiarum actiones omnes eruperunt: mox vestes quibus nudum corpus tegerem, magna beneuolentia obtulerunt. Hinc quinquaginta confectis miliaribus ad Lepri insulam, in qua Dux noster cū Lusitano milite morabatur, appulimus.

Vbi primum è litore prodeuntem me vident, tanto sunt omnes ex felici reditu gaudio, elati, vt lachrymas excuteret non paucas. Ruunt omnes summo amore in collum, me beneuolè amplectuntur tanto studio, vt humeris subuectum in domum vsque ducis præ lætitia deportarint, neque integrum fuit vel semel quidem pede terram contingere. Dux verò vbi primum vidit, obstupuit præ admiratione, sensus cū ois præ nouitate destituit, vox faucibus hæsit. Enimuerò voluptas quã vniuersi Christiani ex nostro aduentu perceperunt, tanta fuit, quantam verbis dicere non possem. Omnes me visabant, omnes salutabant, omnes aduentum congratulabatur, sed in primis magnas agebãt gratias liberatori meo, puero Michaeli, huic aliqui in præsentem pecunia aureos

*Gratitudo  
Christiano  
rum in Mi  
chaelen.*

aureos obrudebant, alij daturos in proximo polliciti sunt: quidam etiam sub primam Margaritarum explicationem ducentos se soluturos, alij aliis illum muneribus prosequerentur. Ethnici nobis familiaritate coniuncti, suo etiam officio satisfaciebant. Hanc voluptatem alia cumulabat, quam ex Proregis aduentu accepimus, qui quarto à reditu nostro die cum classe ab India profectus adfuit, & militem ad principem lasanapatae regni ciuitatem exponit, eamque multa vi, ac tormentis expugnat, atque in suam potestatem redegit. In hac tota pugna 6. ex Lusitanis tantum desiderati sunt, Rex Insuldenfis fugit, timebat enim ne id eueniret, quod à veneticis ante vaticinationum sibi audiuerat, annum dumtaxat ipsi residuum esse vitæ. Fugientem Lusitani ad quinquaginta passuum millia persecuti sunt, si forte fuga retrahere hominem possent.

Rex Insuldenfis iugit.

Post victoriam hanc maxima pars Indigenarum ad Proregem vltro defecit, quod proprio Regi neque seruirent libenter, ob intolerabilem in illos tyrannidem, neque Lusitanorum clementiam exosam haberent. In negotium expugnationis vniuersum, tres menses abierunt, Rex qui ad Montanos effugerat, filium suum ad Proregem ablegauit, vt & misericordiam ab eo imploreret, & in Proregis se potestate, ac sua futura diceret, tantum leges æquas optare ab eo præscribere fecit Prorex vt petebat, fœdus percussum cum eo, ac iuxta pacis condiciones, bona pecuniæ vis peroluta est: quibus dum sumus intèri, ecce tibi de integro plurimi ciues in nos cõcitantur, Regis ipsius (vt credebant omnes) instinctu. Sed quia ad hanc rem imparati admodum nostri erant, & in varias Insulæ partes dispersi, cuitari nõ potuit,

quin

quin viginti Lusitanos milites extingueret, alióque Christianorum nonnullos, inter quos Fratres aliqui ex religione S. Frãcisçi, & Prouincialis conuincum fuit. Vniuersum hoc regnum, quantum cõsuetudine capere licebat, ad fidem nostram suscipiendam paratissimum esse videbatur, nõ per dationem impedimentum obiectum fuisset. Priusquam enim hic tumultus incidere, Coccinensis episcopus, qui cum Proregẽ aduenerat, optimè preparatos ad fidem animos eorũ inuitus, quã plurimos baptizauit. Prorex coorta perturbatione, & grauissimis vrgentibus negotijs, cõcepto operi sinẽ imponere non potuit, sed instructa classe Coccinũ petijt, ac Comorinis ceterisq; Christianis ad habitandum relictis, in insula Mauaza sedes constituere iussit, præsidium ad hæc impõnit, centũ quinquaginta Lusitanis militibus Insulam assignauit, decem naues bellicas reliquit ad præsidium, & defensionem. Prorex in procinctu dũ me alloquitur, in humeros magno amore ruit, atque fugæ, peregrinationisque ac periculorum ordinem exponere iubet, mihiq; non sine admiratione, & gratulatione summa, animũ beneuolum ostendit, & quod iam perficere nequiret, breui fœliciter se effectum daturum esse promisit, neque dubito quin faciet: est enim diuini honoris studiosissimus, maximoq; fidei propagandę desiderio tenetur. Summa bonitas Dei ac domini nostri gratiam nobis largiatur, vt perfectè sanctissimam suam voluntatem cognoscamus, eidemq; pareamus. Coccini 7. Calend. Feb. 1561.

Insula Mauaza.

Seruus indignus Ioannes  
Merschita.

T

A.D.

ADMODVM R. IN CHRISTO  
D. Florentio Bouchortio Societatis Iesu.  
Pax Christi &c.



**N**ON insucundū tibi fore arbitror Florētī, si paucis cōmémorauero, quæ mihi nuper R. D. Archiepiscopus Hyberniæ & Ecclesiæ Armacanæ præses, de prodigiosa ac plane stupenda sua à vinculis liberatione narrauit, quemadmodum è Lundunensī carcere, qui à Turri nomen habet, euasit. Ego cūm non absimilem iudicarem a S. Petri quam in Aedīs Apostolicis habemus, educatione regavi ipsum, ne forte, si alijs referem, quicquam præmitterem, vt de scripto eam mihi communicaret, quod ab eo tandem, vt est vir humanus, & diuinæ laudis ampliandæ studiosissimus, obtinui. Existimo autem rem istā non parum solatijs Catholicæ fidei sectatoribus, qui nunc passim affliguntur allaturam, præsertim stitenuis ac totis viribus, in eam tuendam incumbentibus. Quamobrem, vt commilitonibus in Christo materia daretur, qua spem & fidem suam erga Deum exercerent, laborarentq; in vinea Domini vehementius hoc tam dubio & turbulento rerum statu, ac propemodum desperato: Quis enim Armacanū nostrū euaturū sperabat? scio preces suas esse, non solum in societatis collegijs, verum etiā ab alijs multis nō infrequentes, potius vt forti animo spiritū redderet, quam eua deret: vt Rossensem & Thomā morū, e cuius familia nōnulli societatis Iesu non ē dederūt, imitatus, suo exemplo fortiter moriēdo ad eadē toleranda reliquos animare & accenderet. Sed longē alia via laceris partibus Christianorū adesse voluit

Rossensis  
& Morus  
martyres.

voluit Deus, vt ex narrationis serie perspicuū fiet, Roma itaq; missus, vt rē aggrediar, venit, nō sine liberalissima Pij 4. Pōt. Max. munificētia, vt & oves suas in Hybernia è truculentissimorum luporū ac leonū faucibus erueret, atq; eis officiosē et piē præseslet. Ingressus insulā sacrificiū missæ in quodam suæ prouinciæ monasterio peregit. Non procul à littore vnde ascēderat, milites Præfecti cuiusdā arcis, qui illis in oris curā explorandi habebat, Episcopū eo in loco aggressi, in arcem adducunt: vbi ab ipso præfecto de primatu Ecclesiæ interrogatus, familiariter & ingenuē catholici doctrinā non erubuit, & liberē quod res erat, Christianū se professus est: erat inter reliquos, qui colloquiū cum eo venerant, præfecti frater homo vehemens, & manu prōptus, qui quod hæresis infensissimus esset, adeo ira accēsus est, vt suijs agitari videretur, neq; quicquā intēratū reliquit, vt ad Reginam Anglię rem deferret, sperabat enim ex huiusmodi præda nō modō fauorē summi in aula, sed ampla præmia se consecuturū: id quod nō obscurē præ se ferebat, lucri se cupiditate permoueri magis, quā quod illi de religione magna cura esset. Nā hæc sunt quæ maxime mouent homines à Christo & charitate destitutos, qui ad veterē Idololatriam paulatim, & quasi per gradus quosdā reuertuntur indies: sicut enim catholici semper proficiunt plura q̄ antea perscrutantes & clarius intelligentes: ita isti dū errorē ex amore, & falsitates ex falsitatibus confingunt, in præcipitiū grauius deuoluunt, q̄ hoc sit verum facile intelligūt, non solū qui primos Lutheri & Melanthonis libros cū posterioribus conferūt, sed & qui in hoc genus hominū incidunt, & exploratū tueri modum & conscientiam, nūquam enim

Capitulum  
presul.

Confessio  
fidei.

Hæresis  
gradus ad  
idololatriam.  
Hæretici  
semper  
dubij.

dubitandi finem vllum facere deprehenduntur, vsque adeo, vt ipsimet id desiteri nequeant, vnde propriis se opinionibus non fidei fundamentis niti, concedat oportet. Cæterum fides orthodoxa, vna, certa & mutationibus obnoxia nō est, quippe quæ à Deo, qui vicissitudinem nescit manati: hi verò de quibus loquimur, in tot sectas & opinionum monstra secantur, quot hominum ferè capita sunt, vt reuera aliud nihil eorum fides habenda sit, quàm fluxa & lubrica quædam de rebus opinio, nulla auctoritate maiorum nixa, fundamentum nullo roborata: tum qui apud ipsos doctissimi habentur (vtinam essent) nunquam sibi constant, semper hærent, & vt aqua labuntur & qui probatissimi putantur, ne muscā quidē extinctam ad vitam reuocare ( vt vulgo dicitur) aut claudum canem sanare adhuc potuerunt vniuersi. Cæterum viuos enecare, & ad inferos demergere, seminare discordias, tyrannidem, latrocinia, homicidia exercere, bella contra principes seditionesque mouere, templa sacrosancta euertere, sacrilegia varia & nefanda committere, & optimè norunt, & pro ludo quotidiano habent. Sed longius quàm pro instituto veritatis amore prouectus sum: redeo ad rem. Deprehensus igitur hic noster, de quo diximus, Præsul, ad Regnam deducitur, & multis interrogationibus in Vestramonasteriensis curia, vbi frequenter agunt Reges Angliæ, vrgetur: Cùm satisfecisset ad omnium obiectiones, & pro tempore cum modestia fidei nostræ bonam rationē apud eos inter duos lictores per vniuersam ferè vibem Lundinum in spectaculū deducitur, vt omnibus pro fide Christi derisui foret & contemptioni: dein indicta causa, & indemnatus abijcitur in profundissimū

*Sola catholica Ecclesiæ miraculis munita. Opera hereticorum.*

& obscurissimum carcerem, cui turris nomē est, fuit hoc ipso Cathedræ S. Petri die, à quo tandē ad amplioris spatij & lucis cubiculum ascendere permixtus est. Quidam enim iustitiæ & legū memores quod paulum modò bonorum consuetudinem noscent, alienum esse dicebant ab æquitate, cum qui nullam suæ causæ rationem attulisset, ita inhumaniter in tam tenebroso, & angusto loco vitam inopem trahere. Dum his premittitur optimus & patientissimus præsul angustijs, non defuit afflictarum mentium solator Deus, sed ipso D. Petri, qui à Cathedra nomen habet die, pariter & certam ei liberationis spem iniecit, & animum afflictum insigni consolatione perdidit. Ipse in oratione cōtinuus, tertio post die, qui Dominicus erat, officium missæ qua potuit sedulitate memoriter in carcere recitare cepit, gratiā hanc & voluptatem à Deo immixtam, horribilis quidam animi pauor præcesserat, adeo grauis sanè & toleratu difficilis, vt velut in mortis articulo positus animam agere sibi videretur, quo perdurante mortuorum vigilias pro seipso legit: existimabat enim breui futurum, vt Christo propter fidē immolatus impenderetur. Adhæc expectabant eos qui in fidem & vitam suam instituerent examen, quos ipso Diui Patricij Hybernix Patroni, primique prædecessoris sui & Armacanæ Ecclesiæ Cathedralis institutoris die aduenturos cognouerat, & cum eius sancti præsulis patrocinium non semel fuisset propitium expertus: ob hoc precibus quotidianis, opem ab eo obnixius efflagitabat. Examinatus eodē die, & mox ab hoc subsequente quarto audit à turris præfecto, summam rei noscēdē commissam esse quibusdā, sed tamen videri sibi in ijs quæ ad animarū gubernacula

*Diuina cōsolatio.*

*Desideriū Martyrij.*

nacula in Hybernia pertinerent, Pont. Romano obediendū nō esse, sed Angliæ Regiæ, cui Hyberniæ omnes Ecclesiæ subsunt: & bono animo esse iubet, si modò perfidia relicta, sic enim interpretantur Catholicâ fidē, hæc eadē beneficia à Regina perat, & eiuſdē instituta promouere conetur. Quæ cum sapius & diuersis tēporibus alij super alios inculcaent, constanter respondit, vt Catholicū decuit Antistitē, se ne latū quidē vguē ab auitis religionis Christianæ legibus recessurū. Iā quinta ab incarceratione hebdomada effluserat, quæ infra octauam Paschæ incidit, cum nescio quo nisi diuino instinctu, de fuga deliberationē capit: huius rei occasione auicula dedisse videbatur, quæ per caueæ rimas elapsa ad euolādū pennas mirificè rostro cōponēbat, & alas explicans, & coram illo in cubiculo subsultās, ad simile quid eū inuitabat. Igitur licet in spe nō certa omnia haberet, tunicā tamē & sarcinulā oēm colligit, & se itineri occultò accingit, nec vana spes fuit, vt exitus postmodū ostēdit: opus enim hoc erat à Deo, quanquā seruo suo id nō nisi obsecris iudicis notū faceret, & spe quadā inuisitata cōtra spē cōfidere iuberet. Dū hæc fiunt, sequenti nocte ingēs strepitus in cubiculo suo, proximēq; adiacētibus locis exauditus est, vt carceris custos animo perturbato accurreret, & interrogaret de causa tāti tumultus. Episcopus respōdit, quod res erāt, altē enim obdormierat, se nihil audiuisse, nedū excitasse illū strepitū aut turbā, signa tamē quædā apparuerūt in ei⁹ cubiculo cōmoti carceris. Quæ hos strepitus proxima nox excepit, varijs quoq; ei somnijs nō omnino imposuit: videbatur enim se videre quæadmodū carcere egressus custodias & periculū omne effugisset. Tertio inde

*Terra motus quidam*

inde die varijs simulachris & modis mortuorū spectrā in somnis ei occurrerūt, in quibus potissimū illorū faciem & effigie agnoscerere videbatur, quibus ipsa Paschatis celebritate, & sequenti die indulgētijs sibi liberaliter à Pont. Max. cōmissijs applicauerat. Sāno eo aliquoties interrupto, tandē defunctorū imagines ex integro se ingerebant, summq; intercessorē è carcere, vt somniabat, educeunt. Iā verò cum aurora diem traheret, & preces canonicas lege: cœpisset, somniorū planē immemor, nō potuit animo euellere occultam seu inspirationē, seu animi obloquutionē qua mouebatur, vt carcerē foreiq; egred: pertēret: ea res adeo turbulenter & cōtinuo incidit in mentē, vt difficile fuerit repellere: repulit tamē semel atq; iterū, & sæpius, quòd cogitaret non aliud esse, q̄ orationis cui vacabat, distractiones, quietisque turbas: tandē nō potuit nō acquiescere instinctui diuino, egreditur carcerē pede presso, videt & explorat loca vicina, omnia reserata & aperta cognoscit, quæ firmissimis antē vinculis & vectibus clausa tenebātur: obstupuit tā nouo casu, & ad cubiculū regressus de fuga adhuc desperat, metuē ne maioris sibi periculū occasionem accerferet, si deprehēderetur: ad orationē se cōponit: sed cum nulla quies daretur, & premerēt inspiratiōes immixtæ, & ad fugiendū se sentiret fortiter impelli, ad ostia, iterū exploraturus accedit, in cubiculū redit, dominū obnixè rogat vt animū addat, & eò impellat quod ad ei⁹ honorē celebriorē reddendū cōmōtissimū esset: hac facta oratiuncula, sarcinā sub alis occultat antea prætagio quodam ad hoc præparatā, celebrat Deū liberatorē, fugæ auctorem inuocat, atque omni abiecto scrupulo ad sextam vsque procedit portam, tamen via tam

*Defunctorū auxiliū*

*Diuine admonitiones*

*Mira Dei  
potestas in  
excecādis  
malis.*

*Conſtātia.*

anfractuosa & ancipiti, vt quo ductu ad eam perueniret ignoret: erat enim per aliam portam inductus in carcerem: Tandem ad custodes ventum est, qui hominem interrogant, num scopos haberet, quæ vox inter ipsos symboli loco data præter fidem & militarem loquendi modum nihil habebat, vt externi & hospites deprehendi queat. Ille cum non intelligeret quid sibi vellet, obtulit, sed alius (in quo notari Dei potentia potest, cui non est difficile qualibet re vt ad suam gloriam) satis absurdè tunicam pro scopo sub alis eius gestare respondit. Interrogatus ad hæc quis esset, non ex imparato, sed quod ante seculum meditatus erat, se esse seruum seruorum Christi, verè respondit, se esse seruum cuiusdam magni nominis viri in carcere liberiore detenti. Cum satellites instaret acriter, & ad iudices esse ducendum, diceret, terroreque pro officio incussio veritatem examineret, atque ille impeterrito animo persisteret, & ad quemlibet se iram, paratum offerret, suauiter Deo ira rem omnem conficiente dimissus est. Deinde Londini inter ignotos triduo versatus, audiebat minimè paucos de fuga Episcopi multa coram se narrantes, quæ barba candida depingebat qualis sua erat, vocis tamen ambiguitate delusi, pro candida canum interpretabatur, quod vox ea ipsorum lingua vtrumque significet: hoc triduo plateas obambulans, non raro obuios sibi perſcrutatores habuit, ex quibus nonnulli ipsum aggressi, & quis esset interrogantes, cum Gallicè responderet, Gallum esse existimantes abierunt: addè ego ex proborum relatu, visum & agnitum fuisse à carceris custode, verum impotentia tanta teneri se sensit, vt ne minimè quod moliri possit. Tandem ad nauem veniens à Nauclero Catholicæ fidei non instrueno hoste velut ignotus excipitur. Adueniunt mox exploratores & iusiurandum

dum ter exigunt à nautis de Episcopo, si quod cõperti haberent, quæ canum & sub alio quod Hyberni nomine (quod hoc nomene crederet facile negatum) exprimebant: Nautæ singulos rogant qui in nauerant: præfulem vero, Deo sic disponente, ne interrogarunt quidem, nec Archiepiscopum esse quem canum putabant, suspicari potuerunt, cum hunc iuuenem viderent & gallicè loquentem, Gallum arbitrati sint. Hoc modo Deus qui in nauis erant, hostes fidei acerrimos omnes delulit, ipse verò eorum manus euasit, & incolumis in Brabantia, etsi premium trecentorum Ducatorum, qui eum deprehendisset promissum esset, peruenit. Vbi nec ocio, nec voluptatibus, sed sacris meditationibus, diuinisque colloquiis Deum collaudando, & beneficia eius considerando, sedulo operam dedit. Ex hoc tam mirabili diuinæ prouidentia operæ facile perspicitur diuino presidio, neque quicquam firmitus esse, neque tutius, cui maximè fidendum sit. Non enim alia ratione, qua Dei auxilio, & prouidentia euasit, & sanè eo quo relatum est modo euenisse omnia, grauitèr asseuerauit, nec clam esse voluit, ne quis ob hanc suam euasione pœnas lueret, qua in re D. Stephanum, imò Christum ipsum imitatus est. Non indignum consideratione est, quod hic subiciam eum Romæ circa S. Patritij festum exanimatum fuisse, cum ad Episcopatum foret eligendus. Postmodum anno reuoluto eiusdem S. Patritij die, Londini ad fidem Christi cõfitemdum, vario examine perentatum fuisse. Liber verò è carcere euasit eodem (anno tum vertente) die, quo in Episcopum consecratus est. Hæc referre volui, quæ ex scripto propria manu ad me dato, fidem apertam habent, eaque tibi Bonchorti fratris

tribusque in militia Christi versatis transmittimus & communicamus, vt intelligatur Dei erga suos prouidentia, qui ex medijs hostium manibus ipsum Episcopum Catholicis restituit: quem cum primum è reditu conspexi (nam tendentem in Hyberniam antè conueneram, & moribus admodum bonis & humanis præditum percepi) longè tamen aliam faciem præ se ferre vidi, ac sanctum quid rarum & diuinum spirantem, eximiusque præditum moribus, adeo vt dicerent non pauci, Deum in anima eius mirabilem operatum esse potentiam, & virtutes longè ampliores, quibus gentem suam ad pristinam virtutem reduceret, ex integro ei contulisse. Nec dubitandum videtur, quin Reginam ipsam non leuiter sollicitam habuerit, stupenda hæc hominis liberatio, & non leues stimulos, ad fidem Catholicam reuertendi addiderit, præsertim cum ab ea non aliena nimis dicatur, si non quorundam malis consilijs & persuasionibus nimium acquiesceret. Quamobrem meminerit hoc Dei nuncio se ad meliorem reuocari mentem. His vale mi charissime in Christo Florèti, & me Christo tuis ardentibus precibus sedulo commendare ne graueris. Louanij Calendis Octobris.

1565.

T. R. in Domino seruus Jacobus  
Nauarchus Ondischoranus.

R. P. IGNATIO PRÆPOSITO  
generali societatis Iesu.

Gratia

Gratia &amp; pax &amp;c.



Vperiore anno ad te, Reuerende in Christo Pater, ex Molucco literas dedi: en alias nunc mitto, quibus & beneficiorum Dei multitudinem, ac magnitudinem, erga Societatem nostram breuiter exponam, & quid postremis hæc temporibus, orbisque senecta nostra opera vt dignatus, magna cum testificatione suæ erga hanc gentem seueritatis, ac clementiæ perfcit. Igitur dum totus in hoc sum, vt istorum hominum errores à tenera adeo ætate infitos euellam, ac sana, rectaque Euangelij doctrina imbuam, multaque id genus pietatis Christianæ officia, quæ ad eorum salutem promouendam conducere videbatur, ob eo: plurimi sanè, iique grauissimi subeundi fuere labores. Interea tamen Rex Moluccorum, atque alij tres cum ipso Reges, Giloli, Tidori, & Baccani dæmonis instinctu impulsì, nullum non lapidem mouerunt, vt infirmos adhuc in fide, quique nuper ex idololatria emerferant, à proposito agant transfuersos. Sed inter eos duos Reges, Moluccorum, inquam ac Giloli, blanditijs, præstigijs, minis, ac pollicitationibus tantum profecere: vt eas animas, quas P. M. Franciscus, & ego vnà cum meis socijs maximis laboribus, cõtinaua cura, ac diligentia Christo lucrifeceramus, peruerteret, ac in damnationis bærathrum præcipitarent. Ego quidem nullis pepercì laboribus, quò illos ad veram, piamque religionè amplectendam inducerem, vel iniuriatos conseruare. Sepe longissimè a se distantia loca per maximos solis ardores adij, non audens me nocti cõmittere

Tres impij  
Reges christianos  
nos ad impietatem  
trahunt.

Diligentia  
hæc pastoribus  
instituta  
da.

*Insulae Mo-  
rohanae.  
Ingēs Bey-  
re pro  
Christo as-  
fectio.  
Ter naufra-  
gium fecit.*

*Venditur  
Mauris.*

*Nota ultio-  
nem quā  
haereses no-*

committere propter crebras grassationes, con-  
tinuāsque praedaiones infidelium, qui è monti-  
bus ad plana noctu descendētes, omnia cædibus  
replent, adeo vt nec ipsi, qui sub tectis agunt, sa-  
tis sint tuti. Nec mari prohibitus sum, quò minus  
eos, & alios quosdam, qui insulas vulgò Morota  
nominatas incolunt, inuiserem, non sine magno  
valetudinis detrimento. Siquidem ex hisce labo-  
ribus in grauissimam multorum mensium inua-  
letudinem incurri. Ter naufragium feci, solusq;  
(cæteris qui vnà mecum vehebantur, percütibus)  
ægrè admodum euasi, & vix nudus vnico B. Vir-  
ginis Mariæ, quod vocant, Rosario ab vndis ser-  
uato in hostium littus eiectus enataui. Errabam  
itaque nossum noctes, diēsque circum Barbarorum  
littora, secreta loca, & latebras quaritans, prope  
bella, quæ tunc inter Mahometanos, ac Lusita-  
nos seruebant crudelissima, adeo vt tot, & tam  
diuturnis calamitatibus, quæ nouem continuos  
menses durauerunt, obsessus, inter mortuos po-  
tius, quàm inter viuos annumerandus viderer.  
His accedit, quòd à desertoribus fidei nostræ cõ-  
prehensus Mauris venierim, apud quos esurire, &  
sitire abundè licebat. Sed & in his miseris cum  
essem constitutus, non tamen me tantoperè for-  
tunatissima mea angebant infortunia, quàm ia-  
ctura eorum exanimabat, quos ab ouili Christi  
abstractos, ad Mahometanum superstitionem lu-  
pus infernalis retrahebat. Sed aliquando tandem  
& me ex his omnibus benignissimus Dominus  
eripuit, ipsosque cum Mauros, tum Christianos  
apostatas, pro summa sua iustitia, nouo, ac stu-  
pendo supplicij genere vltus est. Siquidem ex  
quo à Christi fide descuerant, tanta subito co-  
rum agros (antea quidem pro harum regionum  
natura

natura longè feracissimos) sterilitas inuasit, vt to-  
ta defectiois tempore, quauis repetita aliquo-  
ties satione, nullum fructum proferrent: oriza,  
quam ad sementem repetitam asseruabant, vitia-  
ta computruit, aquæ dulces prius, singulari qui-  
dè, & hætenus in istis partibus inaudito mira-  
culo, salæ factæ sunt, adeo vt deficiētibus alimen-  
tis, multi fame interirent, & quibus fames peper-  
cit, eos immissa diuinitus pestis deleuit. Nec ta-  
men his omnibus fracti sunt, aut emolliti duri,  
obstinatique Maurosum animi: sed inter hæc ip-  
sa, in quibus versabantur, vitæ, ac salutis discrimi-  
na perseuerabant indigenas ad defectioem, &  
perfidiam sollicitare. Interea temporis Præfectus  
arcis Molucci me inter apostatas semiuuuum ver-  
santem, ad se accessit. Qua occasione cœpè  
Mauri liberius vagari, iunctisque, & auctis copiis  
terribiliores nostris esse. Tentarunt etiam noua  
quodam ratione aditum ad se veniendi præclu-  
dere Lusitanis. Postremò in munitissimū locum  
sefe recepère, vnà cum magna incolarum manu,  
qui ex montibus illis subsidio venerant. His ita  
ad bellum comparatis, inexpugnabiles se rati, in  
sententia firmiter permanebant: erantque reuera  
(si vires nostras spectemus) insuperabiles, infra  
tamen diuinam potentiam, quem admodum exi-  
tus ipse comprobauit, fortes. Præfectus etenim  
arcis milites aliquot Lusitanos, paucos admodū  
ad numerosissimum illorum collatos exercitum  
eò loci, vbi se continebant, expedit: quum ap-  
propinquassent, admonent illos beneuolè de fide  
promissa, hortantur idolis nuncium remittant, ad  
Christianā religionem redeant, simūq; addunt:  
se quidè paucos numero, ac penè inermes esse, sed  
fide ac veritate (qui Deus est) armatos aduenisse,  
Nec iā fla-  
gellis anti-  
quati chri-  
stiani, et  
heretici  
redduntur  
meliores.  
Pauci chri-  
stiani inno-  
merabiles  
Mauros  
aggrediuntur.  
Hæc imitè  
tur milites.  
de



*Insigne mi-  
r- culū cō-  
tra fidei de-  
sertores.*

de cuius auxilio nihil planè dubitarent. Ad quæ illi arroganter, & insolenter nimis responderet, nol-  
le se Christianos fieri. His dictis, tantus hostes re-  
pentè cum timore tremor inuasit, vt de manibus  
arma excuterentur, & ipsi humi procumberent,  
non valentes, etiam si mutuo sese complecterentur,  
consistere. Sol ipse, quanuis ferè meridie  
esset, tam densis ( mirabile dictū ) circumfusis  
est tenebris, vt alter alterum non videret: con-  
tremuit vehementer sub pedibus terra: de cœ-  
lo autem tanta vis ignitorum lapidum, & cine-  
ris in priuata tecta, ac delubra damonum deci-  
dit, vt omnia solo æquarētur. Vidisses Reueren-  
de Pater, euulsas penitusque inuersas arbores ra-  
mis quidem in terram demersis, radicibus verò  
cœlum spectantibus: vidisses vias antè tribulis à  
Mauris, vt nostratibus præcluderent aditum, impe-  
ditas, iam cineribus lapidibusq; è sublimi delap-  
sis ita complanatas, vt iter iam non prohiberetur.  
Deniq; nihil est quod turbo ille, & horribilis tē-  
pesta, impietatis, & nefaria perfidia vindex solo  
nō alliserit, humiliq; profrauerit. Vna dūtaxat do-  
mūcula in medijs ruinis posita, tēploq; (quod illi  
nō ita pridè Iesu Christi Domini nostri Cruce e-  
uerfa: & diuorū imaginibus abolitis sceleratissi-  
mè profanauerant) cōtigua incolumis permansit,  
quæ neq; de cœlo tacta, neq; eius culmen ex pal-  
marū licet folijs contextū, igne est violatū. Ca-  
lamitas hæc vbi cessauit, ad propugnaculū ppe-  
râr Lusitani, viâ inueniunt planā, ac expeditā, o-  
pertis (vt supra diximus) cinerū ruderumq; mul-  
titudine, muricibus. Ingressi magnā idololatra-  
rū stragē faciūt, nullo interim ex nostris aur cę-  
so, aut vulnerato. Nec ad victoriam quicquam  
obfuit, quod singuli nostrorum militum cum  
plu-

plurimis confingerent. Nā Deo sic volente, om-  
nibus planè viribus erant destituti, sic vt & ma-  
nus ad resistendum essent imbelles, ac ad fugi-  
endum pedes impotentes. Dum hæc circa prop-  
ugnaculum Mahometanorum, apostatarum-  
que geruntur: in alio quodam loco inunitissi-  
mo, atque ideo eorum, qui à Christo ad idola  
transfugiebant, communi receptaculo, ac velut  
asilo, qui ab hoc (de quo multa retulimus) duo-  
decim passuum millia distat, lacus, qui in con-  
spectu vrbs est, ita intumuit, atque extra alue-  
um suum eodem hoc tempore exundauit, vt  
& domus, & ædificia omnia labefactata prostra-  
uerit, ac penè homines ipsos insperata illa erup-  
tione absumpserit. Paucis post diebus, quàm  
Domino D E O pertinaciam huius regionis  
hominum sic edomare, atque frangere visum  
est: solus quadam nocte, omnibus relictis, egres-  
sus versus apostatas huc, atque illuc dispersos, ac  
semitanices reperio. Ipse Gubernator comitan-  
tibus primatibus, de montibus, in quibus latita-  
bat, lætissimus ad me descendit. Nullus mihi  
datur, neque noctu, neque interdiu respirandi  
locus. Canunt magni, ac parui plena lætitiæ car-  
mina. Domum amplissimam in vicina area il-  
lius templi quod ab ipsis vastatum, atque euer-  
sum supra diximus, mihi erigunt. Itaque rebus  
omnibus à summa tempestate in serenissimam  
tranquillitatem mutatis, & animis à perfidia  
ad fidem, à superstitione ad religionem conuer-  
sis: plurimi ad catholicæ Ecclesiæ gremium, vel  
nouo venerunt, vel desertores redierunt. Eratque  
Christo conciliari cupientium tantus numerus;  
vt vno die supra quinq; nonnuquam millia: v-  
na hebdomada supra quindecim annuarū millia  
Christi

*Hostes om-  
nibus viri-  
bus destitu-  
untur.*

*Aliud pro-  
digium.  
Lacus in-  
tumescens.*

Christi militia nomen darent. Præter hos plurimi quoque ex varijs insulis, nec vnus lingue homines ad me, vt Christiani fierent, confluabant. Quibus cum solus sufficere non possem, auxiliũ à quatuor meis socijs in arce relictis petui, qui statim affuerunt, eodemque in loco (quod nobilissimus sit, ac celeberrimus) & ex ipso ad circumiacentes populos quibus euangelizandum est facilius, breuiorq; sit accessus, sedem fixerunt. Ego verò Indiam versus, suafu atque hortatu Gubernatoris, inde solui, operarios fideles (quorum hic maxima penuria est) Societatis fratribus, ad huc populum in fide erudiendum, stabiliendumque euocaturus. Porro per Malaccam iter faciens, P. M. Franciscum in Chinam proficiscentem obuiã habui, Quid ibi rerum geratur, superuacaneũ foret commemorare: quòd te credam de illis tam à P. Francisco, quam à Rectore collegij Malaccensis certiore factum. Tantum quaeso te, atq; obsecro R. Pater: vt tuis orationibus, nouoque ad has regiones misso fratrum auxilio nos adiuues, Quos etsi patiẽtia imprimis instructos esse conuenit: certus tamen sum labores omnes, præ supernarum consolationum dulcedine, queque vberissimo illo, ac iucundissimo, qui ex laboribus percipitur, fructu, leues fore. Superest vt quemadmodum hæcenus Dei seueritatem contra resipiscere nolentes declarauimus: ita nunc eiusdem clementiam erga eos, quos peccatorum suorum postea poenituit, exponamus. Nam simulatque poenitentia ducti, suppliciter ad Deum manus sustulere: ille ad se reuersis solita vitæ præsidia liberalissimè largitus est. Tenè suã fecunditatẽ, aquis priorem dulcedinem reddidit. Sub hæc tempora multas, ac varias insidias Mauri Lusitanis terederunt,

Vno die  
3000. fidei.  
amplectuntur.

P. Franciscus in Chinam tendit

Deus solatur immanes euangelizantium labores.

runt, quas vt quinquies deprehendi, ita toties disolui, atque occultè Ducibus (quos hic habet Rex Lusitanæ, rerum suarum administratores) patefeci, simulque eos ad earum, quibus Mauri fidẽ, Artium demolitionem induxi. Neque silentio obruendum existimo, quòd in potestatem Lusitanorum Regnum Giloli venerit. Laus sit Iesu Christo, cuius nominis splendor, ac gloria, quanto latius indies per has regiones omnes spargitur, atque propagatur, tantò Mahumeticorum deliramentorum infania obscuratur magis, atque extinguitur. Multi præterea nuncios ad nos missis, cupere se Christianam fidem amplecti declarant, miraculorum Dei supra memoratorum magnitudine excitati: qui quidem regionem incolunt ab hac longissimè remotam, totam in quatuor regna linguis indidecta, distributam. Regionis cælum salubre, solum pingue, ac fecundum. Nulli in ea Mauri viuunt. Ab astris ferè pendent, à quibus & mensium, & annorum rationem petunt, vt prolixius aliquando ad vos perscripsi. Dignetur Dominus Deus regionibus his clarius in vera fide, perfectaq; charitate illucescere, vt salutem quæ sine his præsidijs nulla haberi potest, plures consequantur.

Amen.

Ex Cochinchina sexto Id. Februarij,

Anno 1553.

Tuus in Christo seruus  
Ioannes de Beyra.

EX LITERIS PETRI MASCARENES, Ternatæ Idibus Nouembrijs scriptis.

Anno 1564.

V

Cha-

Regni  
Giloli  
subi  
ectur  
Christi-  
stianis.

Charissimi in Christo Fratres,  
Pax Christi.



Onnulla breuiter perstringam  
quæ superiori anno in his Mo-  
lucis insulis cōtigere. Classẽ  
instruxerat rex Ternatæ, Mese  
Maio anni sesquimillesimi sexa-  
gesimi tertij, vt vi & armis ad  
Mahumeranam dementiam (cuius ipse est arden-  
tissimus cultor) insulanos Celêbes, siue Celebres  
impelleret, totiusq; negotij curam principi filio  
suo Baba summa diuigetia commisit: quo regis  
consilio cognito, præfectus Regis Lusitanæ re-  
ctorem cōuenit, petēs aliquem ex nostris, qui ad  
Celêbes mitteretur, ac de Christiana fide edo-  
ctos baptizaret, antequam regia classis eo appel-  
leretur: idq; ideo maxime fieri postulabat, quòd  
Celêbes haud ita multis elapsis diebus, missa le-  
gatione, summis precibus ab eo efflagitarent, vt  
aliqui mitterentur, qui sese rudes & ignaros ho-  
mines Christiana disciplina informarent. Re di-  
ligenter animaduersa, atque in primis Deo Opt.  
Max. commissa, visum fuit Patrem Didacū Ma-  
galiades eò proficisci debere. Quæ primum igitur  
summa diligentia paratis actuariis nauibus, im-  
positisq; militibus, e portu soluens, eò contendit.  
Quo accepto nuncio rex Ternatæ, dira minatus  
Celebibus consiliū ad dolum conuertit, quòd rē iā  
à nostris propè confectam perturbaret. Itaque in  
vulg<sup>o</sup> spargit aduētare atq; propè iā esse quorū-  
dam hostiū classẽ: increbescit fama, præfectus  
Patrē cum militibus e medio cursu reuocat. In-  
terim cognito per speculatores rumoris menda-  
cio, Deus pro sua bonitate calamitosum illū po-  
pulū errorum profligatis tenebris, fidei splendo-  
re illustrare voluit. Rursus igitur Pater iter in-  
gref-

gressus est, licet tunc tēporis ob ventorū marisq;  
maximā tempestatē difficillimū & periculosissi-  
mū esset, ita vt asseueraret omnes ea nauigatiōe  
nihil aliud q̄ naues & homines miserabili naufra-  
gio exponi. His tamē nihil à sentētia deiecit<sup>o</sup> præ-  
fectus, compulit milites portu discedere, ac tandē  
Deo placuit Op. Ma. vt ad portū Manadi applica-  
rent, diē 4. itinere ab insula Ternate distātem,  
vnde postmodū ad Sichao profecti sunt. Verum  
quid in iis locis actū sit hæcenus, & quis sit rerū  
status, eiusdē P. Didaci literis ad nos missis, quarū  
subiiciā exēplū, facile intelligetis: habet igitur ita.

Tandē R. P. in hunc portū Manadi deueni, ilico  
vixdū nauis egressus, cū maxima frequentia à mul-  
titudine stipor, quòd tū Rex ipse, tū reliqui oēs  
hæcenus sacratissimo fonte ablui desiderassent:  
ad portū Zocolæ iter destinauerā, verū aliud ni-  
hil potui q̄ diebus ferè 15. fidei rudimētis (pro eo-  
rū captu) expositis, Regē cum mille & quingētis  
baptizare, baptizaturus & reliquā multitudinem  
vbi primū rediissem. Sunt autē Manadani isti a-  
deo bellicosi, vt sui nominis terrorē cæteris hui<sup>o</sup>  
orbis pōpulis incusserint. Ereximus in hoc littore  
Christi crucē, & Christianissimi Regis Sebastia-  
ni vexillū dedim<sup>o</sup> tā huic quā Sichaoñi Regi,  
quē vnā enixissimē id postulantē baptizauimus.  
Hūc accepi apud suos æquissimū iustitiæ cultorē  
esse, exercitum educerē sex millium virorum,  
Insulam præterea feracissimam esse, ac multos  
fontes habere, aquas omnes salubres.

Ex Sichaoonia soluētes ad oppidum Bolam ap-  
pulimus, vbi nos non inhumanē domo hospitio-  
que excepit Monadi Regis filius, quem haud ita  
pridem summa violentia Rex Chigriguzarata  
ad Mahumetis sum cogērat, quam sibi vim il-  
latam etiam tunc grauiter ferens, sum moperē

Per sum-  
mas tempe-  
states ma-  
ris Celebri-  
bus succur-  
ritur.  
Manadum  
ciuitas.  
Sichao in-  
sula

Zocola  
portus.  
Reges Cele-  
bum & Si-  
chaoñis cū  
mille quin-  
gentis bap-  
tizati.  
Manadani  
Bellicossis-  
mi.

Bola oppi-  
dum.

*Regius s-*  
*lius Bapti-*  
*xaricupit.* à me contēdebat, vt & sibi sacro baptisinate iam dudum intereunti opem ferrem : cuius quidem lachrymis credere mihi tunc temporis visum non fuit, quòd virus hoc pestilens Mahumeticæ cōtumaciæ semel haustum, altius in pectore insidere solet, tenaciufq; quàm vt facile euomi possit: vbi tamen rediero, ipsum baptizabo. Huius Principis oppida omnia, quæ septē vel octo sunt, à gentilibus incoluntur idololatriis, numerū omnium esse 15. millium plus minus constat.

*Cauripa.* Posthæc in Cauripam discessimus, vbi in litore, circiter bis mille passus, patenti sex oppida visuntur: in iisq; indigenarum ac ciuium tria millia aut eo amplius, qui me sapius in ipso litore confertim cingentes, multis precibus egerunt, vt & ipsi baptizarentur. Baptizavi autē tum quidem primarios viros ac principes, reliquos qui ex vulgo erant, non multo post. Statuimus etiam hoc in litore crucem aliam iuxta primum Oppidum.

*Totole oppidum.* Posthæc soluentes profecti sumus iter reliquum ad oppidum Totole, in quo itinere dies quinque consumpsimus: eo tandem applicantes, inuenerunt milites quam quærebāt bombardam Saracenum Chigilguzaratem abstulisse.

*Odii Mahumeticis in lucensium Mahumeticis in.* Mirum est quam immane & crudele odium insulares omnes in Saracenos susceperunt, ita vt eorum sectam veluti extremam demētiam, odisse cœperint & execrant. Hinc iterum ad Cauripam defleximus, vbi denud cum maxima frequentia populus ad nauim confluit, postulans hoc in primis ne liberos & vxores perire sinerē, baptismo non ablutos: & quidē grauius tulissent, ni omnium precibus cessissem. Itaque octo dierum quibus apud eos hæc spatio, duo millia hominum

*Duo millia Cauripata sū abluti.*

minum baptizat. Hinc rursus Manadum reuertimur, quo in oppido adhuc maneo, quòd id in tota Celebium ditione primum est, vbi fundamenta iacienda existimaui, vt reliquam regni molem in Christi templum conuertamus: itaque hic manere constitui. Rogo per Christi Imaginem, & per tuam in me pietatem, vt ad hæc solitudinem mittatur Sacerdos aliquis, vt apud eum delictorum sarcinam deponam: graue enim est non habere cui totum animum aperias, qui vbi pium venerit, in Sichaonia insulā, quæ hinc bidui abest proficiscar. Iam dudum enim illic miseræ plebes ad Christum anhelant. Ferunt autem genus hominum esse non inhumanum, elegantis ingenij, nunc verò durum & molestum est eò proficisci, cum hic ij quos baptizauim, instituendi exactius sint & informandi. Ac prius quàm vllum deinde ad baptismum admittam, diligenter in fidei rudimentis seu catechesi exercebo: ad quam rem mensibus quatuor, vel pluribus etiam opuserit, dum interim sociorum penuria laboramus. Quod si nō ties vt minimum in hæc Prouinciam mittantur, tantis miserarum gentium clamoribus fieri satis nullo modo poterit. Sicao enim insula quæ sub vnicò Rege ad 25. millia hominum continet, vnum exposcit, an merito, videat quicumque de re æquissime iudicare nouit: Manadum duos.

*Cariaxa* Manada abest dierum 4. itinere, in eaque duo millia Christianorum sunt, atque inter eos Regni totius primarij & principes.

Insula Batachina plurima habet oppida, nec pro oppidorum multitudine minorem ciuium frequentiam, in plerisque enim quinque vel sex millia numerantur, eaque etiamnum à Mahumetum am-

*Manadum caput Celebium.*

*Sichaonia riu indoles.*

*Sicao insula 25000. hominum habet.*

*Batachina insula in 11. generibus Christianum am-*

ranæ pestis contagione vel scditate libera, votis omnibus sacrosanctum baptismi fontem expectunt, vel vt melius dicam, sitiunt. Verum nunc mi Pater, ita persuasum habebis à me baptizatum iri neminem, nisi prius hic adesse videam, qui mi hi huius rei sint auctores, & in omnibus instituentis iuuent: satius enim existimo pauciores modo bene instructos baptizare, quam propè infinitam hominum multitudinem propriis humeris suscipere, quibus erudiendis sufficere modo possum. Finem faciam, vbi significauero Celebicam gētē vixdum suscepta fide, singularem pietatem declarare, & cantandis identidem fidei institutionibus, siue doctrina Christiana passim sum mopere delectari. Vale mi Pater. Manadi 5. Calend. August. 1563.

Haftenus quæ ab illo scripta accepimus, nunc eo vnde diuertimus redeamus. Pater Didacus Magalianes relicto oppido Totole, Manadum se recepit: milites verò discesserunt in Sichoniam, duos ferè menses mansuri, vt cum Circius flare incœpisset, inde remearent: nulla est enim nisi eo tempore ex illa parte ad nos tuta & oportuna nauigatio: eos Rex humanissimè vrbe atque domo recepit, tanquam si longo iam tempore amicitia sibi fuissent & necessitudine coniuncti: mensis frequentissimè adhibuit, & vicissim ab iisdem inuitari voluit nõ semel: totoque eo tempore quo ibi morati sunt, tum militibus, tum quos habebant seruis (nam ferè centum erant) non solum vtiliter, sed liberaliter etiam multa suppeditauit: fertur & frequenter dixisse sese summo desiderio videndi ex nostris aliquos teneri, atque iis promississe, tum ædes & templum quam primum ædificaturum, tum etiam redditus, omniaque

*Celebium  
pietas.*

*Regis Si-  
chaoniae in  
Lustanos  
milites hos-  
pitalitas.*

que ad vitam sustentandam necessaria perpetuò suppeditaturum, populum verò omnem ad ipsum aduentum fidem Christi suscepturum certius affirmabat. Cuius Christiani pectoris Christianissima vota vtinam diuinus spiritus tui foueat, tum augeat: nunc verò ad nos studio visendi hanc arcem venit, rediturus vbi primum in insulã suam opportuna erit nauigatio. Valete

Ternatæ Idib. Nouembris  
Tuus in Christo  
Frater Petrus Mascarenas.

EX EPISTOLA PETRI  
*Mascarenas à Moluccis missa.*

Reuerende in Christo Pater.  
Pax & gratia Iesu  
Christi, &c.



NON possum R. P. te nõ commonere de sociorum paucitate vel potius penuria, qua surgente iam amplissima messe laboramus: & ne munere mihi à te iniuncto, negligentius fungi videar, rem tibi omnem aperiam. Propè infinita est eorum multitudo quos Christo comparauimus, & multo plures restât, qui non minus vt in Christianorum numerum recipiantur, contendunt. Horum precibus propter operariorum quam dixi penuriam fieri satis non poterit: sed nec his instituendis, qui baptizati sunt sufficimus.

V iij

Iam

*Cibao* Iã summo cum studio vt baptizetur, instat vni-  
*Regnum* uersus Celebiũ populus, regnũ quoq; Cibao, &  
*Papuan.* plebes Papuanã, atque vt semel dicam, totus hic  
*Moluci u.* Molucorum orbis, si paucissimos eos excipias,  
*niuersi ba* qui in Mahometismo pernicaces persistunt. Ita  
*ptismate* vt hanc peruriam nostram non possimus nõ diu  
*ablu* lugere, dum maximum discrimen, quo tot gen-  
*piunt.* tes de salute periclitantur, cernimus.

Rex enim Ternatã Mahumeticã factio-  
 nis ardens, & obsequiosissimus cultor nervis  
 omnibus, totõque conatu eos, qui suapte sponte  
 baptismum percipiunt & exposcunt, inuitos e-  
 tiam ad eam perpellit Mahumetanis præstigiis,  
 quam ob causam iam aliquoties maximas clas-  
 ses instruxit, vt aliis literis perscriptum est. Ad ex-  
 tremum, vt rem omnem verbo complectar, id  
 molitur, id pugnat, vt Christianum nomen ex-  
 tinguat & funditus deleat.

Inter Christianos admitti vehementer cupit  
 Rex Bengaij suiq; omnes, nam hanc ob cau-  
 sam ad nostram vibem principem filium miserat,  
 vt Saracenorum atque fidelium visis mori-  
 rat, & institutis, quod commodius videretur, eli-  
 geret: & quod tunc filius elegeret, ipse postea se-  
 ctaretur. Perplacuit iuueni (vt quod recte iudicari  
 displicere non poterat) Christianum institutũ &  
 viuendi ratio, quod certè acerbissimum vulnus  
 infixit Regi Ternatę, qui tum muneribus & pol-  
 llicitationibus, tũ minis ac omni ratione id auer-  
 tere, turbare, atque impedire conatus est: Nec ta-  
 men graui ex huius salute accepto vulnere quies-  
 cit, sed omni contentione, cura, studio ac labore  
 hoc agit, vt sectam quã latissimè propaget.

Quamobrem nuper missis literis postulauit à  
 Rege Bengarij filiam suo filio Principi vxorem.

Respon-

Respondit Bengarius Rex, se Regem Bachonicũ  
 ea de re consulturum, atque eius sententiam fide-  
 lissimè sequuturum: alter enim alterum mirifico  
 quodam amore profecquitur, & obseruat. Atque  
 in hac re nulli dubiũ est, quin id agatur Bacho-  
 nici Regis cõsilio, vt huiusmodi nuptiã nõ pro-  
 cedant (est enim is nostrã fidei cultor integerri-  
 mus) Ad hæc Appicari populi impensè baptiza-  
 ri efflagitant, quorum tamen salutem ob nostrã pau-  
 citatem huc vique consultum non fuit: quem cer-  
 tẽ dolorem fortiori animo pateremur, nisi assid-  
 uus labor atque extrema cura Ternatã Regis  
 tam infesto odio horum omnium ceruicibus  
 immineret.

Proximis elapsis diebus in ferijs Andreã Apo-  
 stoli baptizauimus confobrinum Regis Tidorã  
 strennum & consultissimum virum, cui nomen  
 Andreas inditum est: quo duce superioribus an-  
 nis aduersum nos bellum gestum est: qui pariter  
 & animi integritate, quam multis iam argumẽ-  
 tis in eo exploratam habemus, & opibus pollet:  
 habet enim septem vel octo oppida certè non te-  
 nuissima. Profectò suius viri conuersio multa de  
 Tidorici regni pollicetur conuersione, quã vt  
 fiat, nihil intentatũ relinquet. Dicere vix possum  
 R. Pater, quantam sollicitudinem & curam adhi-  
 buerit Rex Ternatã, vt hic in Indiam ablegare-  
 tur, quod etiam atq; etiam à Præfecto nostro pos-  
 tulauit, asserens hominem scelestissimum esse,  
 & huic orbi perniciem extremam, flagitijs suis  
 perturbationibusque allaturum. Præfectus penè  
 persuasus, & astu Regis nequissimi inductus,  
 post acceptas tuas literas, rem quoq; ad nos de-  
 tulit, cui fraudes Regis aperui, & precibus ipsius  
 nihil cedendum esse ostendi. Cum autem in  
 bello

*Bachonic*  
*Rex Chri*  
*stianus.*

*Appicari*  
*baptizari*  
*cupiunt*

*Regis Ter*  
*natã impij*  
*conatus.*

*Rex Ben-*  
*gaisã bap*  
*tizari cupit.*

bello Tidorico à Rege Ternatico captum esse, & grãdis pecunia pro sua redemptione mitteretur, tunc præcibus suis adiecit, sibi pro redemptione fieri satis, si in Indiam ablegaretur; id ideo ipsum exoptasse, fama est, quod dominus Andreas ipsius nefariorum consiliorum & machinationum non erat nescius, ac proindè timuisse ne hinc oblata occasione detegantur.

R. P. Marcus Rauendus hinc ad te mittit puerum Franciscum sobrinũ Ternatæ Regis, ac fratris Regis Chigilguzazatæ filiũ, cui fraterni regni cura tota ac gubernatio incumbit; Pater illum habet charissimum, utpote vnicũ. Hunc à primis annis apud nos educauimus. Cum verò Chigilguzazata pestis ac turbo sui regni sit, speramus huius ad te misso filio omnem posthac turbationibus occasionem sublata esse, quæ quidè spes, si quid iudico, nõ fallat, si pater filium isthic pro dignitate haberi, ac liberaliter ornateque tractari intelligat: illum enim amat summopere. Siquid preterea noui acciderit ut tibi significetur, quam diligentissimè curabo: nostri memor R. in Christo Pater. Vale.

¶ EX ALIA EPISTOLA  
Petri Mascarenæ.  
Pax Christi.



VM è portu soluissimus, & in Insulam Amboinam fortè nauigandi opportunitas daretur, primarij viri sex Regni Tidore quos priuata salus huc incitabat, multis precibus à nobis sacrosanctũ baptismũ efflagitarunt, ac minimũ abfuit, quin regnorũ Ternatæ ac Tidore quos in candè traxerint sententiam, ut enim huius facti fama

fama coepit increbescere, statim ex aula Tidorici Regis Principes duo viri (quibus ob Regis infirmitatem adhuc atate regni negotia commissa erant) accurrerunt, ut si quo modo possent, hos à sententia deiceret: quos etiã cum ad nos misisset Præfectus, vehemèter hortati sumus, ut nõ solum ipsi priorũ exemplũ imitarentur, verum etiã subditos huc inducerent, multa satis quæ ad hanc pertinebant sententiã explicantes: ad quæ responderunt, excellentiũ quidè hominũ consiliũ & virtutè imitatione dignã esse, eandemq; tum ad sese, tum ad primos quosq; in magistratu collegas, quos sanguine & familiaritate cõiunctissimos semper habuerat, pertinere: interim tamè rem dilationem aliquam postulare, dum Respub. à tumultibus ac turbatione conqueuisset, ac tum primo quoque tẽpore sese cum tota populi multitudine, si videretur, nostris consilijs obsequuturos.

Regem ipsum Tidoricum annos tantum septendecim natum, iam ad Christi suscipiendam fidem propensum esse accepimus: duos ipsius fratres haud multò antè baptizauimus, atque iam nunc de totius regni salute, neque certior spes vlla aut maior ostendi potest, quam quidem salutem omnibus votis exoptamus. Siquidem ex ea tranquillitas & otium in toto hoc orbe publicis rebus, ac singulare regni præsidium oriatur ijs omnibus, qui Christi suscepto nomine ab hostibus infestatur. Secũdo Quadragesimæ Dominico sex illi, quos paulò antè memorauimus, multa cũ solennitate, & populi frequentia baptizati sunt, quã etiam solennitatem Præfectus ornare & augere studuit, tum musicis concentibus, tum tormentorum ingenti fragore: id profectò nõ parum tum omnium Sarracenorũ animos, tum etiam Ternaticorum

*Quãto clarior elucet veritas tãto magis crescit Bõzorũ pertinacia.*

Ternatæ Regis audaciam deiecit, atque ex eo tē pore suæ dignitati & honori timere non desinit. Paucis post diebus Ternatæ Regē (vt moris est) inuisi, ille præter morem, quadam insolita obseruatione & reuerentia me suscepit, & cum facultatem, vt suis Euangelium promulgarem, postulassem, respondit, vt quæ vellē liberē exercerem, se verò vnâ cum filijs. prædicationis nostræ assiduū fore auditorem: quem modò certè animi candorem & spē simulare ac vti foro ( vt in prouerbio est) mihi videtur homo callidus. Quod si Tidoricus Rex fidem susciperet, ipse verò rejiceret, nihil sibi postea à Prorege fauoris vel auxiliij reliquum esse videt, ac miserandam Regni ac suarum regum eladem pertimescit: non enim est nescius in Proregis potestate esse, cum opes omnes, tum ipsum imperium: quocirca speramus cum quamprimum fidei obtemperatum, si rem tuis precibus, cura & diligentia Deo Opt. Max. commendatiorem effeceris.

Vale mi Pater, & mei vt soles memineris.

Tuus in Christo Petrus

Mascarenas.



INDEX

INDEX  
INSULARVM, CIVITATUM,  
aliorumque locorum, quæ  
in hoc opere continentur.

A

A	Byssini	62.	Bisnaga regnum	94.
	Achenoes regnū	95.	Bongum Metropolis	133.
	Agedina Insula	xij.		
	leucis abest à Goa.	208.		
	Amboina insula	118.		
	Amanum ciuitas ab Ammō filio Loth.	83. 183.		
	Amangucum clara Iapaniæ ciuitas	95. 133.		
	Arabia	20.		
	Armeni	47.		

C

C	Africiæ littus	158.
	Cambaia	92.
	Cancatora Insula	96.
	Catanum.	104.
	Caulanij aix	93. 122. 193.
	Cazatora Insula sanctę Thomæ	20.
	Ceilano adiacet Maluar	179.

B.

B	Acciani insulæ situs	174.	Coccinum ciuitas regni Malauaris i eo. leucis à Goa distans 18. gradu eleuatum aspicit polum	93. 133.
	Ballaferimum	258.		
	Batti populi	251. 2. 6.		
	Bazain magna est Insula non procul à regno Cambaia, iuxta aditum Indiæ sita.		China vastum regnum ad Tartaros pertungit.	91. 55.
	Distat a Goa. 57. leucis: eleuatur polus grad. 19. cum dimid.	88. 92. 132.	Chiromandel ciuitas est regni Bisnagæ, vbi Sancti Thomæ corpus esse putatur	



## I N D E X.

tur	94.133.	Idalsum regnum	96.
Chioræ insulæ situs	124.137.	Ignambanæ situs	188.
	149. 229. 245.		
Challense collegium	18.	<b>M</b>	
Carambolim pagus maximus	235.	<b>M</b> Acuà siue Mazua portus maris rubri	101.
Ciarari bellicosissimi	257.	Mahambanæ situs	179.
Cyon regnum	95.	Malauar regnum	92.
Comorin prouincia ad sinû maris non procul à Caulano	94. 133. 193.	situs	179.133.

### D

<b>D</b> Ameica fretum est ad mare rubrum	96.	Malacca ciuitas regni Malagiorum	95.118.
Dinar	245. 248. 256.	Maldinæ Insulæ	128.
Dion	87. 92.	Maluccæ Insulæ	95.

### G

<b>G</b> Anzari	235.237.	Manadum ciuitas.	307.
Georgi	61.	Mascata	22.72.
Goa ciuitas & peninsula describitur	96.132.135.224.	Mauasa Insula	289.
Goa vetus	252.257.	Mecha sepulchro Mahometi infamis	183.

### I

<b>I</b> Afanapata insula in littore Comorino	193.	Mercatum	87.
Ianizari	56.	Morinæ Insulæ	118.
Iapania 36. gradu eleuatur, aspicit polum	133.	Morotana Insulæ.	30.

### O

<b>O</b> Rmutium siue Ormuz Insula est & ciuitas in fine to Bazoræ sita inter Persiam & Arabiam. Eleuatur ei po-	252.257.		180.
--	----------	--	------

## I N D E X.

ei polus ad gradum 27.	Sandalum lignum.	178.
23.62.132.	Sarraceni.	62.

### P

<b>P</b> Aranes Regnum.	95.	Seilan Insula in ambitu.300. miliaria continet.	93.134.
Passosecci bellicosissimi.	258.	Seilan & Zim.	178.
		Sichao Insula.	307.
		Sofala arx	146.

### T

Pescarienes Malauarica lingua vtuntur.	103.	<b>T</b> Anadar	242.258.
Pescariæ sinus.	102.	Thanæ Insulæ situs	92.
Persicus sinus.	62.		
Phison & Euphirates.	23.		132.
Prætoianus Æthiopicibus Regem sonat.	100.	<b>X</b>	
Punicalenses	102.	<b>X</b> Antanæ Imperator.	95.

### R.

<b>R</b> urium.	87.	<b>Z.</b>	
-----------------	-----	-----------	--

### S.

<b>S</b> alfetta prope Goam.	192.	<b>Z</b> Ara.	88.
Santhomopolis.	133.	Zocotoræ situs.	96.
		Zocola portus.	307.

### I N



# INDEX

## CVM RERVM, TVM VER-

*borum copiosissimus.*

A

<b>A</b> Bus scientiarum 7.	cedunt cultus 141.
Abyssini parent Pre-	Alexandri Magni fana 24.
toiano, schismatici	Alterius insignis ad Christu
sunt, olim à Dioscoro sedu-	conuersio 72.
cti 62.	Amboinæ Insulæ acerbitas
A baptismate renouatur ma-	Animalia non occidunt Io-
trimonium 234.	ngui, Pithagoricorum more
Admirandus nouorum Chri-	47.
stianorum feruor 66.	Antonij Criminalis Marty-
Admiradus ex omnibus mû-	rium 61.
di partibus ad Ormutinam	Angeli custodes 284.
Insulam confluxus 69.	Apostata à fidè 56.
Admiranda cuiusdam con-	Apud Gentiles spiritus fan-
uersio 71.	ctus docet secundum illud:
Adolescentes 30. capti à Tur-	Ero in ore vestro 70. 71.
cis 123.	Armeni parèe admodum vi-
Adolescentum Indorum in-	ctitant etiam hodie 63.
ter tormenta in fide con-	Aristotelem etiam hodie le-
stantia 124.	gunt Mauri 65.
Adolescens Ethnicus Bapti-	Arabia Regis, & Mahometi
zandorum nūcius officio-	confanguinea baptizatur
sissimus 166.	81.
Admirandum gentilis indu-	Arcus triumphalis 146.
rati erga alios studium. Ibi.	Auaritia Idolorum seruitus
Adolescens quosdam prima-	135.
tes, aliosque plurimos con-	Aurificū præfectus fonte ba-
uertit 265.	ptisimatis abluitur 148.
Ædium vnde baptizandi cõ-	Auri contemptus Ibi.
	Auri-

## RERVM AC VERB.

Aurifex suum imitatur Ante-	Br. victi, sed non persuasi 158.
signanum Ibi.	Br. quando tudent capillos
Auditorium frequentissimū.	206.
186.	Br. Animantibus non vescun-
B.	tur. 215.
	Br. norunt Adam & Euam
	246.
<b>B</b> aptizatur Iogus magno	Br. ad fidem miranda facili-
Ethnicorum mēore 68.	tas 247.
Battorum oppidum baptiza-	Br. erga Prouincialem bene-
tur 256.	uolentia 250.
Baptizatorum ingens multi-	Br. Caput baptizatur. 253.
tudo 104.	
148. 150. 151. 155. 154. 155. 187.	
222. 229. 234. 230. 240.	
241. 242. 243. 245. 249. 251	
252. 255. 255. 256.	
Bellum in Turcas 97.	
Bellicosorum Passoseccorum	
conuersio 258.	
Bonzorum impietas 206.	
Brachmanes, quorum memi-	
nit Plato, sacerdotes Gen-	
tium 10.	
Brachm. vacas adorant 12.	
Br. 10. præcepta tenet: Domi-	
nicam colunt 14.	
Br. honoribus solitis, ciuilibus	
que administrationibus	
priuantur 136.	
Br. olim Satrapæ, & regionis	
Domini 140.	
Br. nobilis cum multis alijs	
conuersio 148. 155.	
Br. disputationes ordinantur	
157.	

C.

<b>C</b> ampanæ inesse vim per-	
trahendi ad fidem arbi-	
trantur Mauri 66.	
Candidati crucis effigie sig-	
nati 99.	
Carnibus crudis vescuntur	
Æthiopes 101.	
Carceres, flagella, vulnera	
propter fidem 182.	
Castitas gentilissimi virtutum	
regina 211.	
Causa distribuendi oppida in	
Parcias 271.	
Centilenæ nouorū Christia-	
norum è Doctrina Chri-	
stiana 46.	
Centanæ moritur P. Fraciscus	
109.	
Centurionis impij mors pro-	
digiosa 44.	
X	Cele-

I N D E X

Celebre fanum Maurorum B. virginii dicitur.	77.	timè instructum .	71.
Celeberrimi pictoris ad fidem nostrâ conuersio	144. 146.	Cor tyranni est in manu Dei	82.
Cærimoniæ	185.	Concubinæ in vxores vertuntur	87.
Christiani à D. Thomæ temporibus	20.	Collegium societatis Bazinensis	92.
Charitas nescit timorem	82.	Commorini Collegium societatis celeberrimum	92.
Charitas non est fatigabilis	84.	Collegium societatis Malucenicæ	95.
Chiromandeli S. Thomas creditur martyrio coronatus	94.	Collegium studiorum Cantanensè	104.
Chinenses qui & Sinenses, nã prudentes	95.	Confessio admodû frequens	125.
China ad Germaniam vsque vel saltem Tartaros dicitur pertinere	96.	Compellit Dominus facilitate magna intrare.	240.
Christiani à D. Ioannis Euangelistæ temporibus.	126.	Confessio fidei	291.
Christiani Principis erga diuina animus	177.	Contemptus dignitatum apud Neophitos	266.
Christianorû constantia	106.	Crudele vectigal, vnde colligere licet, quàm insanient, qui sub Turcis, quàm Christianis Regibus malunt degerere	56.
Christianæ legis puritas Ethnicis perspicua	241.	Criminalis martyrium	119.
Cinamomum	93.	Cremât sese viduæ cum marito cadauere	254.
Ciorari triste significat.	149.	Crudele spectaculum	280.
Ciarari bellicosissimi, & ingeniosiores Brachmanis nomen Christo dant	257.	Crucis effigies aduersus demones	205.
Confessio vitæ totius crimina complectens	58.	Cur laboriosissima in Æthiopiam expeditio	101.
Contentio cum doctore Mauro	64.	Cur in calce sepultus Xavier	115.
Collegium templumque op-			

R E R V M A C V E R B.

		tes orationi impendit Xavier	110.
	D.	Diuinum in principe animi propositum	136.
DEI laus, non propria querenda.	18.	Diuinis inspirationibus obtemperandum	145.
Deus heremitam monet, vt fidem suscipiat	68.	Disputationes instituntur cum Brachmanis	157.
De baptismatum solemnitate	141.	Diuinæ admonitiones	295.
De præclarissima Brach. conuersione	155.	Diligentia pastoribus imitanda	299.
De Regum conuersione	173.	Doctores Mauri vxor & filia conuertuntur	64.
Desiderium martyrij	293.	Doctores Indi conuicti	105.
Defunctorum auxilium	295.	Donum sanandi egros	111.
Deus solatur immensos Euangelizantium labores	304.	Donum linguarum	112.
Dæmon de D. Ioanne testimonium non sine mendacio: similiter tempore primitiuæ Ecclesiæ sæpe euenit, vt in præfatione videre est	240.	Donum conuertendi proximos eximium	116.
Dies Lunæ Ethnicis sacer, veneris Mauris, Sabbati Iudeis	27.	Dominicani	137.
Dignus hic admiratione est Maurorum erga Christianos zelus	49.	Doctissimus quidam in filiorum salute officiosus, in propria negligens	187.
Diuos nostros veneratur Mauri	50.	Dominicam colunt brachmanes	14.
Disputatio cum Mauro certis legibus instituitur	64.	Dux Maurus cadit	278.
Diuina consolatio	106. 293.	Ducatum 7500. pro liberatione paucorum offeruntur	280.
Dies integros proximo, no-			

E.

Ecclesia renascens.	81.
Elephas vestibus baptizandorum onustus.	240.
X ij	Emâ

I N D E X

Emanuel Oliuera 156. maximè fauent 123.  
 Epulę instruantur 143. Franciscani 124. 157.  
 Er̄ vnus pastor, & vnum o-  
 uile 14.  
 Ethnica obnixè filium bapti-  
 zari cupit 264.  
 Ethnicę vota ad imitationē  
 Samuelis Ibid.  
 Ethnicus sanitati restitutus  
 Ethnicus manens (265.  
 Christo seruit Ibid.  
 Euphrates & Phison 23.  
 Euangelizantiū diligētia 81.  
 Euangelizantibus vix cibum  
 sumere licet 82.  
 Eucharistię veneratio 106.  
 Euangelizantium distributio  
 225.  
 Eximiū penitentis exēplū 32.  
 Exercitia pia, quibus populus  
 conuertitur. 46.  
**F.**  
**F**abri, factores, lotores &c. e-  
 uangelizant suę fortis ho-  
 minibus 136.  
 Fabula ridicula gentiū 246.  
 Fabri 150. baptizati 253.  
 Felicitas Euangelizantium.  
 165.  
 Feruor nouorum Christiano-  
 rum 81.  
 Frequens terrę motus. 25.  
 Frequens confessio 186.  
 Franciscani in India societati  
 114.  
 Fr̄-

R E R V M A C V E R B.

**F**. Xa discipuli: vn̄ inedia cō  
 sumitur: alius martyrio af-  
 ficitur: alij in carcerātur 120  
**Fr. Xa.** in Chinā tendit 304.  
**F**usores metallorum ad fidē  
 confluunt. 165.  
**G.**  
**G**audiū Euangelizantiū 15.  
 Gaspar Zelandus 17. 114.  
 Gaspar Zel. 6. annis in India  
 euangelizauit 115.  
 Gaspar Zel. ingētes labores lb.  
 Per duos menses horam v-  
 nam quotidie sumno tri-  
 buebat. 116.  
 Labores graues & cōtinui  
 mortē illi attulere 117.  
 Gaspar Penneus 65.  
 Gariophilum in Malucco na-  
 scitur 95.  
 Ganzarorū senis prudens con-  
 silium 235.  
 Ganzarorum conuersio 237.  
 Gentilium obedientia 47.  
 Gentiles mortem meditantur  
 quotidie 68.  
 Gentiles magna veneratione  
 aquam bibebant, qua lo-  
 guus pedes lauerat Ibid.  
 Gētilis à Christiano præsidij,  
 quo hostē vincat petit 179.  
 Gentilium terra sancta 248.  
 Gentilis templo Christiano-  
 rum studiose præest 251.  
 Goę adificatur Collegiū 9.  
 Goensium erga patres spiri-  
 tuales affectus 98.  
 Goę ampla Christianorū fe-  
 ges 135.  
 Gounatus Idololum vnde Goa  
 nomen inuenit 172.  
 Goę magnificum templum  
 extuitur 184.  
 Goa vetus fidei lumine illu-  
 stratur 252.  
 Graues militum inimicitiaę  
 ponuntur 87.  
 Grammatica Malauarica 193.  
 Graues peccatores conuertē-  
 di modus optimus 111.  
 Gratiarum actio 143.  
 Gratitude Christianorum in  
 Michaelē 287.  
 Guitaa propheta 209.  
**H.**  
**H**ac Christianorū victoria  
 decicci Mauri ad Christi  
 fidem se conferunt 66.  
 Hæresis gradus ad Idololatri-  
 am 291.  
 Hæretici semper dubij Ibi.  
 Heremiticę gentilis ad fidem  
 conuersio 67.  
 Heremite cœnobiū in Colle-  
 grū societatis vertitur 68.  
 Hæres regni Christianismum  
 ambit 180.  
 Hæc-

I N D E X

Heremitæ gentiles	220.	gatio	32.
Honorata paupertas bono- rum	110.	Indi latinam discūt linguam	71.
Hominum mentes ad fidem Deus facies admodum red- dit	270.	Ingens quorundam amplifi- candi regni desiderii	74.
Hoftes omnibus viribus desti- tuuntur	303.	Inauditum pugnæ genus cū Mauris	77.
Humilitas magna in Brach- mane	156.	Inauditis modis Deus tuetur suos	78.
Humilitas amabiles facit	193.	Ingētes ardores Ormutij	115.
Hymne viror & amenitas	244.	Integra oppida ad fidem con- uertuntur	138. 243.
I.		Infelicitas ocioforum	166.
Iapanenses in Europam mit- tuntur	90.	Inauguratio templi	185.
Idolum Ganiffus	246.	In Cōmorino littore sunt 80. millia Christianorum	193.
Idolum elephantis triceps	89.	Insignis de quodam Heremi- ta gentili historia	207.
Ignambani Rex cum sua fa- milia, & alijs 450. baptiza- tus	189.	Ingentes eleemosynæ	235.
Impium iuramentum	13.	Incarceratorum multa est a- lios conuertere	270.
Imitatione dignum exemplū	60.	Insuldenfis Rex fugit	288.
Imaginum cultus	204.	Ingens Beyræ pro Christo af- fictio	300.
Impia barbaries	280.	Insigne miraculum contra fi- dei desertores	302.
Integræ ciuitates baptismum interdum suscipiunt	9.	Iogui siue hæremite	46.
Insula mirandæ naturæ salis feracissima	24.	Ioguis sine cibo	208.
Insula septennio ardere soli- ta	24.	Ioguis charitate se victum fatetur	67.
Insignis restitutio, & sui abne-		Iogu <sup>9</sup> in Europā mittitur	85.
		Ioguis clarissimus fuit	184.
		Iudei plurimi.	62.
		Iusta	

R E R V M A C V E R B.

Iusta D E I	punitio in malos	Mauri imitantur Christianos	Christianos	81.	67.
Iubilei fructus maximus	100.	Martyrij desiderium		72.	
Iudicia Dei abyssi multa	179.	Mauri sacerdotes se nouacu- lis fauciant		77.	
Iudæorum synagoga turba- tur.	191.	Maurus Rex cum 2500. Chri- sto initiari constituit		75.	
L.		Maximus Euangelij fructus		90.	
L	Aici cuiusdam pietas	198.	Mare Scyticum	95.	
	Lacus intumescens	303.	Magnus insularum Maldiuæ numerus	128.	
	Liberalitas Protegis in rem fidei	9.	Mauris Turcæ crudeliores	129.	
	Liberalitas hominum ad ere- ctionem collegij Soci.	69.	Malauarēses qui dicātur	133.	
	Lignum Sandalinum medi- cis celebre est, vnde Dia- trion sandalum nomen in- uenit.	209.	Macadanus quid	144.	
	M.		Mauri cuiusdam potentis ne- quissima in Christianos stu- dia	163.	
			Mauri admiranda conuersio	163.	
			Manamotapa Imperator po- tentissimus	181.	
	M	Agnæ eleemosynæ erogā- tur catechumenis	9.	Mascarenus ad Mauros profi- ciscitur, vt eos conuertat	192.
		Mannæ genus	25.	Mauri Christianos inuadunt	278.
		Mauri doctrinam Christianā cantillant	47.	Maurorum crudelitas in Me- schitam	279.
		Maurus Trinitatē fatetur	49.	Mercatorum disputationes de Iustitia	31.
		Mauri tempus elapsum esse, quo aliam legem expecta- bant, dolent	49.	Mercatoribus imitanda exem- pla	32.
		Mauri virginitatem B. virgi- nis perpetuam colunt, di- uosque nostros venerantur	49. 50.	Memorabilia quædam D E I opera	263.
		Maurus vincitur	65.		

INDEX

Mefchita capitur	273.	Mulierum erga maritos ob-	
Mefchita 7 . fagittis vulnera-		fequium.	254.
Mira gentium promptitudo	279		
ad fidei audiēda myfteria 3.		N.	
Miraculoſa cuiuſdam conuer-		<b>N</b> ec herbas, nec aues alit,	
fio	57.	nec quadrupedes Inſu-	
Militis ſocietatem profeſſi ſti-		la Ormutina.	25.
pendijs regijs non priuan-		Nec iam flagellis antiquati	
tur	71.	Chriſtiani, & heretici, red-	
Militum religio memorabi-		duntur meliores	301.
lis	86.	Nihil Deo acceptius obediē-	
Mixta Æthiopum religio.		tia	91.
	100.	Non quiuiſ ad ſacerdotium	
Miraculum	114.	admittendus	98.
Mifera olim cōditio Chriſtia-		Notatu digna induſtria ad	
norum	157.	conuertendum proximum	
Mittitur crucis vexillum Ieſu			116.
nomine inſignitum	179.	Noui Chriſtiani veteres pic-	
Mille aurei pauperis liberan-		tate vincunt	203.
di gratia offeruntur	184.	Nobiles baptizandi	240.
Miranda Brachmanum ad fi-		Notanda noui Chriſtiani fi-	
dem facilitas	247.	des	255.
Miraculoſa ad nominis Ieſu		Nouus ad fidem cōcurſus	261.
inuocationē liberatio	264.	Nota vltionem quam & hæ-	
Mira adoleſcentis patientia		refes nobis quoque vbique	
& pura ſimplicitas.	268.	intulere	300.301.
Multarum gentium Apoſta-		Nullam prætermittit occa-	
tæ à fide	63.	ſionem Prorex infideles ad	
Multi diuenditis omnibus		fidem alliciendi	137.
Chriſtum ſequuntur	73.		
Mufici. Muſica instrumenta		O.	
	142.	<b>O</b> bedientia Episcopis de-	
Mulieres in Xenodochium ſe-		betur.	110.
recipiunt	143.		
		Oſtaue	

RERVM AC VERB.

Oſtauo quoq; die Præfectus		Panis ex ligno & piſcibus cō-	
conſitetur	45.	fectus	174.
Oculus habentes non vide-		Pœnitentia admiratione di-	
mus	164.	gna	30.
Opera verbis præſtant in con-		Pœnitentię quantum tribua-	
uertendis infidelibus	48.	tur	44.
Opera hæreticorum	292.	Perpetuæ pluuiæ	95.
Orandus Deus vt eligere di-		Petrus Mazcaregnas	Prorex
gnetur, quos mittat in vi-			124.
neam ſuam	7.	Peccatrices ad cor redeunt	
Oratio doctorum	14.		130.
Oratio ſanat egrotum	59.	Phifon	23.
Ormutij multi ad fidem con-		Philofophi, Medici, Aſtologi	
ueniunt	132.		24.
Oſondocomotimus.	257.	Pietas in pauperes Ethnicos	
		mouet	104.
P.		Plurimæ & ingentes reſtitu-	
		tiones	116.
<b>P</b> arentum erga filios impia		Platearum apparatus	141.
pietas	54.	Portus Commorinus	133.
Paupertatis amor	110.	Populi pius affectus	186.
Pauli cuiuſdam ſtudiū & la-		Post labores & pericula certa	
bores: valetudinario erecto		ſalus	189.
ægris inferuit	122.	Precio vitam brutorum redi-	
Pater Initialis	137.	munt	47.
Patriarcha cum fratribus So-		Præfecti memorabilis libe-	
cietatis	142.	ralitas	69.
Paganorum variæ ſuperſtitio		Præfecti impiorumque Chri-	
nes	160.	ſtranorum pro Mahome-	
Patriarchæ virtus	196.	to iniquitas	80.
Patrum munia	197.	Promptitudo laborantibus in	
Parabrama Triados pat.	210.	vinea Domini neceſſaria	
Pauci Chriſtiani innumerabi-			97.
les Mauros aggrediuntur		Preco ad doctrinam Chriſtia-	
	301.	nam plebem conuocat	124.
		Prore-	

I N D E X

Proregis in promouenda conuerfione gentilium, constantia 135.  
 Prorex Euangelizat 136.  
 Prorex baptizandorum chorum fua præfentia ornat 142.  
 Princeps quidam cum 13. ad baptifma venit 154.  
 Prouinciales omnium ordinum plerūque comitantur  
 Proregem ad bellum contra Ethnicos 195.  
 Præclara feruæ constantia & martyrium 206.  
 Proregis humanitas 242.  
 Proregis diligentia in colligendis 100. præcipuis ciuibus 245.  
 Pura mens animofa eft, impura timida 40.  
 Pudor bene agendi in antiquatis Christianis, ufurpataque in clerum potestas 45.  
 Pueri bene instituti maiores in fide firmant 3. 123. 203.  
 Pueri domesticos fuos docēt doctrinam Chriftianā 125.  
 Puerorum erga instructores affectus 202.  
 Pueri parentes acriter corripunt, & deferunt 5.  
 Pueri Idola demoliuntur 5.  
 Pueri oratione ægros fanāt 6.

Puerorum feruor 20.  
 Puer 9. annorum alios conuertit 269.  
 Pueri Chriftū annūciāt 270.  
 Puer in liberādo Mefchita admodum induftrius 281.

Q.

Quam latè patet Chinarum regio 91.  
 Quis bonus & quis malus dicitur Chriftianus 3.  
 Quid remoretur Iudæos, quominus fidem Chrifti amplectantur 52.  
 Quibus modis refponfa petāt Ethnicī ab Idolis 170.  
 Quidam centenarius fidei lumen afpicit 232.  
 Quindecim familię ad fidem conueniunt 261.  
 Quot vnoquoque anno baptizati 263.

R.

Rabinus baptifma petit 52.  
 Ratio vincēdi feipfum 74.  
 Ratio instituendi gētiles 216.  
 Rex Thanoræ baptifmū defiderat 18.  
 Regis in fignis pœnitētia Rex 79.

R E R U M A C V E R B.

Rex in tota Infula Mahometem venerari vetat. 79.  
 Religio opes auget 79.  
 Rex Perfarum à fuīs Deus habetur lbid.  
 Rex Zēilam Chriftianus 93. 178.  
 Rex omnes fuos ad fidem adducit 176.  
 Regis mater, fiores, & tota nobilitas Chriftum agnoscunt 177.  
 Rēx de fide fufcipienda ftatuit 180.  
 Regnum Ignambanum in Africa fitum verfus Antaticum 188.  
 Riffinus fecunda in diuinis apud Paganos perfona 159.  
 Ridicula fuperftitio 169.  
 Roffenfis & Morus martyres 290.  
 Runius Baretus præpotēs nobilis cum 60. fuæ profapia baptizatur 194.

Sanitas miffa: facrificio reftituitur 58.  
 Sarraceni 62.  
 Sacrificia & orationes pro infidelium ad fidem conuerfione 135.  
 Sartores 100. veftes conficiūt baptizandis 250.  
 Sancti tutelares Indorū 261.  
 Scholæ publicæ 97.  
 Scientia fumma eft pietas 213.  
 Serpentes & vaccas colūt ethnici 26.  
 Septem millium Ducatorum elemofynæ 32.  
 Sepulchrum S. Thomæ 94.  
 Seminarium Indiæ 98.  
 Senis cuiufdam prodigiofa conuerfio 179.  
 Senex 120. annos natus Chrifto renafcitur 202.  
 Se occidendo ad cælum ire putant 221.  
 Sex Elephantes baptizandi præcedunt 244.  
 Societatis viuendi ratio in India 75.  
 Sollicitudo parentum Ethnicorum pro filiis 251.  
 Sola catholica Ecclefia miraculis munita 292.  
 Solatium labor Chriftianis impenfus 21.  
 Studium gentilium erga paflo-

S.

Sanitatis manuum impositio-  
 ne petitur 6.  
 Salubritas in ardoribus 25.  
 Sacerdotes Baal 3. Reg. 8. imitantur 26.  
 Sabbatis Iudeis cōfultitur 51.

I N D E X

pastorem suum, & propriā salutem	5.	V. Accas adorant	12.
Stupendum charitatis exemplum	118.	Vaccis, serpentibusque ædes redditibus dotatas extruunt	26.
Studia literarum interruptunt baptizandi.	254.	Varia prodigia quæ Deus ad confirmationem nouæ solis euenire voluit	82.
Studium filij in Ethnicū patrem longe maximū	268.	Valetudinariū extructū	104.
Sūma pericula in lætitiā vertere nouit Deus	268.	Veterani & rerum periti Ecclesijs præficiendi	70.
Superstitionū contēptus.	249.	Vestes candidatorum	141.
T.			
TAm multi ad baptismum confluunt, vt brachia baptizantis fatigentur, voxq; deficiat	8.9.	Verè cōuersionis signū est alios studiosè cōuertere	143.
Tanadaria ad fidem accedit	258.	Vehemens & grauis oratio noui Christiani	159.
Templi dedicatio	70.	Venia peccatorum apud Gentiles	248.
Terror domini percudit præfecti animum	81.	Vitijs omnia plena	29.
Templum Iouis vetustissimum	83.	Vinctorum visitatio	48.
Templum virginis in Tanaa	92.	Virtus superat omnia	Ibid.
Templi ornatus	141.	Victoria de Mauro præstigijs tribuitur, vt in primitiua Ecclesia sepè factū est	66.
Terræ motus	294.	Viri Dominico, mulieres sabato docentur	103.
Tremendum exemplum	39.	Vincetrenurus Rex	179.
Tres impij Reges Christianos nouos ad infidelitatem retrahunt	299.	Victoria Crucis vexillo parata	179.
Turcæ Ormutiū obsident	91.	Vis signi Crucis	217.
Turbantes & Cambaie Turcorum pila sunt	259.	Viduæ manent mortuo manito	254.
		Vrbs stupendo labore scalpis in rupe excisa	88.
		Vxor marito defuncto se exurit.	27.

ORDO

ORDO EPISTOLARVM,  
ET QUI EAS SCRIPSERINT.

- P**rima est *Francisci Xauierij.*  
 2. *M. Gaspari Belge.*  
 3. *Eiusdem.*  
 4. *Eiusdem.*  
 5. *Eiusdem.*  
 6. *Henrici Henriquez.*  
 7. *Antonij Quadri.*  
 8. *Michaelis Baruli.*  
 9. *Arij Bandonij.*  
 10. *Antonij Quadri.*  
 11. *Ludouici Frois.*  
 12. *Eiusdem.*  
 13. *Emanuelis Tesceira.*  
 14. *Ludouici Frois.*  
 15. *Henrici Henriquez.*  
 16. *Ioannis Mescbita.*  
 17. *Eiusdem.*  
 18. *Iacobi Nauarchi.*  
 19. *Ioannu Berra.*



## ERRATA.

**P**Ag. 47. lin. 3. veniunt. Pag. 68. li. 27. cōster-  
 navit. Pag. 69. lin. 28. cuicumque alij qui.  
 Pag. 74. li. 22. morte. Pa. 96. in marg. lege Tarta-  
 rorū imperium ab Oceano Chinenſi ad Germaniā  
 pertigiſſe. Pa. 99. li. 30. dele, tanquā minus aptū.  
 Pa. 101. li. 16. dele cur. Pa. 106. li. 23. pia. Pag.  
 118. li. 26. dele gratia Dei. Pag. 148. li. 2. dedere.  
 Pa. 156. li. 29. Inter cætera. Pa. 187. li. 16. fidē ſu-  
 ſcepturus. Pa. 194. li. 3. dele non. Pag. 196. lin.  
 22. & 23. (cūm) tranſponatur ante verba (vos te-  
 neri) Pag. 207. li. 13. dele, &. Pa. 222. li. 27. in  
 flammet. Pag. 252. li. 31. declarabat. Pag. 283.  
 li. 1. chordis. Pag. 285. li. 28. domi ſi parati. lin.  
 30. illis (quæ & c. Pag. 290. li. 22. Quamobrem  
 eam te latere nolui. Pa. 291. vſque. 299. in titu-  
 lo lege, Hybernica. Pag. 252. li. 31. eas reddidiſ-  
 ſet. Pag. 310. li. 10. ſufficere non poſſim. Pa.  
 312. lin. vlt. Bengaiæ. Pag. 315. dele annotat.  
 margin.

*Ha litera Indice videntur mihi pia &  
 utiles ad formandam vitam Chriſtiana-  
 nam, ſicut & alia qua annectuntur;  
 quare iudico expedire, ut impriman-  
 tur. Aſt. Cal Auguſt. 1565.*

Michael de Bay.



